


A

296

vii.

1
A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA
MIKROFILMTÁR
KÖNYVTÁRA




*
BIBLIOTHECA
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE
BUDAPEST
*
FOTO:
S.E.

1950

PLUTARCHI
VITA TIBERII ET CAII
GRACCHI...
XV¹².

2° 21
Lat. Cod. ~~kis~~ 2° 6.

L. Cod.
1871
21



21

1



Lat. Cod

2-r

21.

De Agide & Cleomene quę dicenda fuerunt superius
enarratis - nunc in romanorum parte non minores habitura
casus Tiberii & Caii Gracchorum historiam opponemus.
Pater his fuit Tiberius Gracchus. cui quāq; duobus
consulatus duobq; triumphis - & insuper censure gloria
insigni - multo plus tamen ex uirtutibus eius - q̃ ex magi
stratibus atq; honoribus aderat dignitatis. Itaq; Cornelia
Africani eius qui hannibalem superauit filiam - lios
non amicus sed aduersarius in re .p. foris - uxorem
habere meruit. Quam usq; adeo dilexit - ut duobus
in lecto angustis comprehensis - cum Aruspices eius rei
gratia acciti - nec ambos quidem interfici - nec dimitti
ambos permitterent. Sed si masculus necaretur Tiberio.
si femina - Cornelię mortem portendi affirmarent. ob
amorem uxoris - & simul q̃ maiori natu premoriendū
sibi arbitrabatur - masculo angue necato feminam emi
sisse - atq; ita ut aruspices predixerant - non multo
post ipsum interisse ferant. duodecim filius ex Corne
lia relictis. Cornelia uero pueros atq; domus cura
post mortem uiri suscepta - eum amorem erga filios
eamq; diligentiam ac magnitudinem animi prestuit.
ut non male consuluisse Tiberius uideretur pro ta
li uxore morte precepta. Nam & Ptolomei regis nuptias
respuit - cum ille regni & diadematis communicationem offer
ret. & in udiuitate perseuerans - coeteris pueris amissis
unam ex filiabus quę Africano minori postea nupsit - &
duos ex filiis de quibus hec scribimus Tiberium & Caiū
superstes sic splendide educauit - ut cum magnitudi
ne indolis coeteros omnes romanos sine controuersia an
terrent - doctrina tamen q̃ natura preualuisse uideant.

Cum uero ut in Pollus & Castoris imaginib' picturisq; di-
ssimilitudines quaedam inter pugilem & cursorem in ipsa
eorum similitudine apparent. sic istorum adolescentium dum
ad liberalitatem. temperantiam. intelligentiam. et
magnanimitatem similiter fecerunt. magne in admini-
stratione rei. p. & in coeteris rebus uel prosperis uel
aduersis dissimilitudines apparuerint non alienum
existimo eas premittere. Tiberius igitur uultu
& aspectu & motu corporis mitis ac placidus erat.
Caius autem uehemens & ingentis spiritus. Itaque Ti-
berius locum pulpae ascendens in quo consisterat. hone-
ste decorisq; in dicendo seruabat. Caius primus ro-
manorum per pulpam ambulasse & togam ab hume-
ris dissoluisse dicitur. ut de Cleone atheniensi scri-
bunt. primum concionatorum resoundisse in uolucrum
pallio. & cassidem percussisse. Secundo autem erat Cai-
us quidem terribilis. & ad indignationem promptus.
Tiberius uero dulcis. & ad comiserationem aptior. Oratio
praeterea in Tiberio diluata & plane elaborata. In
Caius efficax et redundans. Eodem modo in uictu
& mensa Tiberius facilis & modicus. Caius si ad ali-
os comparatur. continens. austerusq;. Si uero ad fra-
trem sumptuosus & nimius. Obiectum est ei ab in-
imicis. q. delphines argenteos emissos. pro singulis
literis mille ducentarum quinquaginta dragmarum.
Mores uero eodem modo ut de oratione ostendimus.
Tiberius mitis & placidus. Caius acer et uehemens.
ut sepe in dicendo ira efferri. & ad uirga ac ma-
ledicta ueritari. orationeq; perturbare consueuerit.
Itaque huius excessus remedium machinatus. Lianum

2.
quendam haud insulsum seruum post se in pulpito colloca-
bat. qui quotiens exasperari ac longius ob iram pro-
trahi uocem sentiret. uocali organo quo notas dedu-
cere solent. mollem emictebat sonum. quo ipse ad-
monitus. & quasi ex certamine reuocatus. uehementiam
illam atq; contentionem nimiam remittebat. Dissimi-
litudines quidem igitur inter eos tales erant. Audacia
uero in hostes. iustitia in subditos. diligentia
in magistratibus. abstinentia et integritate iuxta in-
signes. Et tate nouem annis Caium Tiberium antecibat.
Quae res potentiam eorum diuisam temporibus. nec in
unum robur concurrentem. facilius labefactari per-
misit. magnumq; ad res gerendas sublato mutuo
auxilio attulit detrimentum. Secusum igitur de
utroq; dicendum est. ac primo de Tiberio (qui prior
fuit etate). Ille igitur statim a pueritia. ita cla-
rus atq; insignis fuit. ut confestim in collegio au-
gurem sit receptus. ob uirtutem magis q. ob nobi-
litatem. Ostendit uero Appius Claudius uir consu-
laris atq; censorius. princepsq; senati. et magna
per id tempus auctoritate excellens. Nam cum Lu-
gures una cenarent. compellans Tiberium. eiq; gra-
tulatus filiae nuptias obtulit. Quas cum adole-
scens leto animo suscepisset. sponsione sic facta.
rediens domum Claudius ab ipsa ianua statim
uxorem Antistiam magna uoce appellans. Claudia
uero se spondidisse nuntiavit. At uero Antistia stu-
pens. quid hoc festinationis est inquit. num e de-
pol Tiberium Gracchum illi sponsum tradideris.
Nec sane me fugit haec quae modo dixi. nonnullos

de Graccho patre & Africano tradidisse. sed plures
ita tradunt ut nos scipimus. & Polybius post mor-
tem Africani nupsisse Cornelia Graccho affirmat.
ex sententia suorum prelo - ut a patre innuptam
indespensatamque relictam. Prima Tiberii militia
sub minori Sapiene in africa fuit. In qua cum ipse
duo contubernalis esset - natura ipsius celeriter co-
gruita - & ad imitationem uirtutum traditus - conse-
stim modesta atque fortitudine cetera uuentutem
egregie superauit. primusque omnium uirum hostium
conscendit - ut Fannius testatur - qui se quoque una cum
cum Tiberio ascendisse atque eius munus participasse fuisse
ait. Itaque & presens exercitus plurimum carus fuit Tibe-
rius - & abiens desiderium sui apud milites ingens reliquit.
Post hanc militiam Quaestor romae creatus cum G.
Maniano. eos. uero haud quaquam improbo: sed tamen igna-
uissimo omnium romanorum duum. Cui forte euenerat.
contra Numantinos profectus in grauius aduersisq; casi-
bus non solum ingenium ac magnitudo animi eius emicuit -
uerum etiam quod mirabile est incredibilem erga impe-
ratorem suum reuerentiam seruauit. Cum ipse consul
pro magnitudine calamitatum - nec se quidem esse consulem
meminisset. Victus enim ingentibus preliis tentauit nocte
aufugere. Quod ubi hostes cognouerunt - occupatis pro-
pere castris - & fugientem exercitum persequuti - extre-
misque eorum caesis - reliquis uero circumuentis & in loca
inuisa compulsis - eo rem perduxerunt - ut Consul des-
peratis rebus caduceatorem ad petendam pacem hostibus
mitteret. At illi se credere nemini praeterquam Tiberio as-
serentes - ut ipse ad eos mitteretur postularunt. hoc uero

3.
cum ipsius Tiberii fama quae apud hostes quoque peruaserat -
tum etiam Gracchi patris memoria faciebant: qui aduer-
sus hiberos bellum gerens pacem cum numantinis fir-
mauerat. eamque semper apud populum recte iustaque de-
fenderat. Missus igitur ad hostes Tiberius partim su-
adendo - partim recipiendo foedus firmauit. Ac per eum
modum. xx. milia romanorum annuum absque auxiliariis
& aliis qui extra ordinem secuti erant seruauit. Cum
uero inter cetera praedam quam hostes captis diripu-
erant castris. tabulae quoque Tiberii rationes quaesturae
continentes amisse fuissent - recordatus eorum Tiberius -
ac plerumque faciens eas secum deferre - hostibus iam do-
mum reuersis - cum tribus uel quattuor familiaribus numan-
tiam profectus. ac iuxta urbem consistens - principibus
numantinorum ad se uocatis rogauit ut sibi tabulas
reddi iuberent: ne inimicorum calumniis obnoxius fie-
ret - si rationem administratorum reddere nequiret. At
numantini occasionem sibi praestitam letati ab eo postu-
larunt ut urbem introiret: deliberandumque aduenientes
ac manu praesentes orabat - ne se amplius hostes. sed
amicos putaretur fidereque. Visum est igitur sibi ut
urbem introiret - cum tabularum recuperandarum gratia.
tum ne diffidentia hostes irritarentur. Ingressus itaque
urbem - primum conuiuium liberaliter acceptus: deinde
tabulae restituta. Data insuper ei potestas ut quotquot
uella arbitratu suo ex praeda deferret - nihilo praeter
thura sacrificia causa parata assumpsit. Vbi uero
romam rediit - ac foedus iudicio omnium uelud dede-
cus romani nominis improbaretur - consentibus cunctis.
ut more maiorum in bello aduersus sannites olim secua-

to consul cum quaestore ac tribuni militum nudi hostes
tradentes. milites quoque plerique ex plebe romana erant
ad Tiberium concurrentes. & feda ipsa in consule salu-
taria uero & in ipsis malis remedia in Tiberium refe-
rentes. tandem effecerunt. ut Tiberius gratia quae
apud populum. maxima erat. coeteris quoque preter
unum Manianum parceretur. Videtur autem et
Sapio Africanus potens per id tempus in re. p. Tibe-
rio ad salutem profuisse. Sed nihilominus aduer-
sus Sapiorem querela iactabantur. quod non et. G.
Manianum. eos. sexuasset. quod foedus numantinum per
hominem sibi familiare & affinem firmatum improbari
passus esset. huiusmodi autem querela quoniam ab
amici studiosisque Tiberium emulabantur. offensam quan-
dam & simultatem inter Sapiorem & Tiberium contra-
xerunt. nihil tamen maioris momenti ea res habuit.
Atque ego puto si fuisset domi Africanus tempore con-
tentionum illarum quas postea Tiberius subit. ipsum non
sic fuisse perituum. Sed quo tempore de lege agraria
a Tiberio certatum est. eo tempore Africanus a-
pud numantinam bellum gererebat. Motus est autem
Tiberius ad eam legem ferendam ista de causa. Ro-
mani quantum uicini agri hostibus adimebant. partem
uenundare. partem in publicum redigere. ac egenis
cuius pro modica pensione utendum tradere consue-
runt. Sed cum incepissent eas pensiones augere. pa-
uperesque excludere. lata est lex quae supra quin-
quaginta agri iugera cuius romanum habere prohi-
bebat. At ea res paucos annos aduersus locupletes
auxilio fuit. Nam primo subditis ad conducendum

4.
pecuniae fructus legi fiebat. deinde aperte iam per se
ipsos diuites propriis nominibus occupare agros ceperunt.
Ita ergo exagitatis hominibus. neque militibus dare nomi-
na. neque filios tollere cura erat. eoque processura
uidebatur. ut breui exhausta liberorum multitudine. ser-
uis ac barbaris per quos diuites colebant agros tota
Italia completeretur. In hac igitur parte rei. p. pri-
mus. C. Lelius Sapioris amicus succurrere instituit.
sed aduersante locupletum factione. ueritus turba-
tionem atque discordiam ciuitatis. ab incepto destitit.
ob eamque rem sapiens est postea uocatus. At ue-
ro Tiberius ut primus. Te. pl. creatus est. eam actionem
suscepit. auditoribus ut plerique scripserunt. Diophane
rhetore mithyleno tunc in Italia exulante. & Blossio
cumano Antipatri Tarsensis philosophi discipulo. ad
quem sunt quaedam ab Antipatro scripta. Nonnulli
Corneliam matrem asserunt sepius oburgando natos.
quod ipsa Sapioris cornelia. non Gracchorum. uulgo ap-
pellaretur. adolescentem impulsisse ad hanc actionem
suscipiendam. Alii ob emulationem Spurii postumi
equalis sui. quem ab exeatu rediens. auctum pote-
ra. & claritate nominis offendit. cupidinem incessisse
Tiberium cedere. insigni aliqua & memorabili actio-
ne precellere. Caius uero frater in oratione quadam
scribit. Tiberium numantinam proficiscentem. dum per
Tuscanam iter faceret. solitudine liberorum. & inductione
seruorum prospecta. tunc primus ad legem agrariam
sibi quidem funestam animum intendisse. Plurimum
uero ipsum plebs romana impulit. per litteras in for-
mibus. & monumentis. ac parietibus scriptas. efflagitans

ut agros publicos egenis ademptos restituere. Non tam
per se ipsum legem ferre aggressus est - sed prestantissi-
morum uirorum consilium adhibuit: Inter quos Crassus. Pont.
max. & Mutius Scaevola uiris consultus - qui per id tem-
pus consul erat - & Appius Claudius socer fuerunt. Nec
uidetur lex ulla aduersus tantam iniuriam mitius ac
lenius perferri potuisse. Nam quos oportebat pro iis que
contra leges fecerant penas subire - & quos iniuste tenu-
erant agros cum perceptis fructibus reddere - eos accepto
pretio dimittere - & egenis ciuib' tradi iubebat. Sed ea
lex ut plebi grata - sic animos locupletum offendit. Itaq;
ob auaritiam legem - ob iram uero atq; inuidiam aucto-
rem obsecrantes - plebem obtinere ceperunt: quasi
ea lex euersionem rei. p. libertatisq; perduceret. Sed
frustra id conati. Nam Tiberii fauidia que malam
etiam causam sustinere potuisset - tunc iustam honestaq;
materiam nata - superior inexpugnabilisq; euadebat.
Pauperum enim adstante plebe causam agens - dicere so-
lebat - feras quidem bestias lustrum atq; tectum quo se re-
apiant in Italia habere: illis uero qui quotidie pro Italia
pugnant atq; intereant - preter aerem ignemq; nihil in
Italia esse: sine laze sine sede - cum liberis coniugibusq;
uagari. Menari autem imperatores romanos cum mi-
lites hortantur - ut pro aris atq; focis aduersus hostes
depugnent. carere enim iis romanos ciues. non lares
paternos non monumenta maiorum eos tenere: sed pro
aliena luxuria opulentiq; eos pugnare - pro aliis uul-
nera ac mortes subire. dominos orbis terrarum uerbo
quidem appellari: re autem uera terre glebam non
habere. His & huiusmodi uerbis in concionibus grauiter

5.
& cum iusta indignatione iactans. & plebeio favore re-
ceptis. nullus aduersariorum ualebat resistere. Quare
omissa contentione uerborum ad M. Octaviu adolescentem
grauem atq; honestum Tiberi; familiarem locupletem
confugerunt. Erat autem Octavius & ipse tribunus. pl.
Qui licet ab initio ob amicitiam Tiberii recusaret aduer-
sus eam legem intercedere - tamen postea multitudine ro-
gantium uictus. intercessit. Est autem Tribunorum. pl. maxi-
ma in prohibendo potestas. Vno enim prohibente. nihil ali-
etiam si complures sint efficere possunt. Iteritatus ergo
ob intercessionem Tiberii. lege illa priori more & huma-
niter scripta. reiecta. aliam plebi magis gratam legem
promulgauit: ut agri qui contra leges possessi erant
dimitterentur: nulla mentione pretii facta. Erant
igitur quotidie inter Tiberiu Octauuq; in concione certa-
mina: in quibus summo studio ardoreq; contenderent. Nihil
tamen contumeliosum unq; nec uerbum quidem probrum
ab alterutro decidisse ferunt. Non solum enim in ludis
ut uidetur - uerum etiam in contentione atq; iis. probi-
tas nature & educatioq; modesta conspiciatur. Conatus est
Tiberius si posset M. Octaviu intercessorem - quoniam et
ipse multum publici agri possidebat - ab incepto mouere:
restitutione agrorum suorum - ex propriis facultatibus licet non
ad modum splendidis oblata. Per quam oblationem cum
nihil magis Octavius desisteret - Tiberius edicto proposito
omnes urbanos magistratus agere quicq; inhibuit: prius
q; de lege agraria ad populum referret. Fratri autem
sigilla impressit. ac per quaestores quicq; deprimi aut
importari uelauit. pena adiecta si quis contra egisset.
Qua contentione magistratus singuli propria officia demi-

secunt. Ob hoc edictum Locupletes cuncti uestes mu-
tauerunt: & melli ac sordidati circubant forum. nec
seus paratis clam percussoribus necem Tiberio machi-
nabantur. Ille uero palam gladium quem dolonem
uocant accinctus ambulabat. Sed cum adesset co-
miti dies populo Gracchum ad rem faciendam
uocante Locupletes locos omnibus occupatis magnam
prebuerunturbationem. Sed nihilominus Tiberio
multitudine fretus: cum dimouere eos posset. & iam
id facere aggrediret. Mallius & Fuluius uiri
consulares Tiberium adiuuantes & manu prensantes
precibus & lacrimis orant. ne hoc agere uelit.
At ille quantum nunquam antea periculum attendens.
& simul tantorum reuerentia uirorum permotus. quid
se facere uelint percontatur. At illi non esse se
tantae rei consilio idoneos affirmantes. ut senatus
arbitrio permitteret suaserunt. Verum ubi frequenter
senatus ob potentiam Locupletum nihil perficere ua-
luit: conuersus ad rem non legitimam neque huma-
nam Octauium amouere tribunatu instituit. Ac pri-
mo quidem multis uerbis suppliciter eum rogauit
ut ab incepto desisteret: populoque. & concederet
iusta postulanti: & parua pro magnis laboribus peri-
culisque habituro. Deinde ut ille hoc negauit. non
posse ambos in eodem magistratu equali potestate
preeditos. de maximis rebus contendentes sine bello
euadere. Coeterum unam se medicinam intueri inquit
ut alteruter eorum magistratu abrogaretur. Itaque de
se primo Octauius refert: statutum populi. & iudi-
cio: statimque si uideret tribunatu abiturum. hoc quoque

6.
repudiante Octauio. se de illo relaturum esse dixit. nisi
sententiam mutaret. his simul dictis concione dimi-
sit. Postera uero die reuocata concione rursus
Octauium uerbis mouere conatus est. Quibus frustra
consumptis ad populum tulit de Octauii rogatione:
statimque tribus in suffragium ire iussit. Erant tribus
quing. & triginta: Quorum cum decem & septem iam
Octauium abrogassent. unaque dumtaxat restaret ad
rem perficiendam. parumper sistere iubens. itera-
to ad Octauium conuersus est: rogans atque obtestans
ut ab intercessione desistere uellet: ne uel sibi hanc
notam inferri pateretur. simulque spectante populo. &
ipsum reuerenter compressus deprecabatur. his
precibus Octauium nonnihil motum ferunt. Nam et
impleisse oculos lacrimis. & aliquanto cum silentio
stetisse tradunt. Sed ubi ad Locupletes prospexit.
addeant enim in concione. quasi uerecundia addu-
ctus. generose respondit: ut quod uellet Tiberius
exequeret. Eo igitur abrogato populi iussu. missus
a Tiberio apparitor. de tribunali illum detrahere
uoluit. Conuersus est a Locupletibus ac plebe factus.
vixitque sic exorta Octauius per tumultum euasit.
Liberto autem. nam libertis apparitoribus Gracchus
utebatur. lumina effossa. In hoc Lex agraria fer-
tur. Tresque uiri ad agros diuidendos creantur. Tibe-
rius ipse Legis auctor. Appius Claudius socer. Ga-
ius Gracchus frater: non praesens ille tunc. nam
apud Humanitatem cum Sapione militabat. In locum
autem Octauii Mutius quidam Tiberii clientulus in
tribunatu successit. Quibus rebus percussus Locu-

pleres & Gracchi potentiam ueriti in senatu aduersabant.
Petentiq; ex more tentoriū publicum quo in diuisione
agrorum uteretur - alijs etiam leuiorib; ex causis sepe
concessum denegarunt. Expensas uero in singulos
dies nouem nūmos statuerunt: auctore Nasica qui
propter multitudinē possessionū legi agrarijs infensus
uel accertum inimicum se Tiberio prestatat. Plebs
autem multo magis & ipsa exarserat aduersus locuple
tum iniurias. Ac repente quodam ex amicis Tiberi de
functo - signisq; ueneni apparentib; magno concursu
atq; clamore plebis funus celebratum. cadauer enī
igne disrptum tantam uim putridi humoris effuderat
ut flama exstingueret: nec restaurato igne cremari
potuit - prius q̄ in aliū locum transferretur. tandem
omni arte adhibita uix fieri potuit ut ignis ad ca
dauer attingeret. Ad haec Tiberius ut magis plebem
irritaret ueste mutata natos in concionem adduxit: &
quasi sibi ipsi diffideret - eozq; ac matris salutē plebi
comendauit. Post hec Attali philopatri defuncti testa
mento a pergamenis romam transmissio - in quo ppls. r.
heres scriptus fuerat - statim Tiberius ad populū tulit.
ut regia pecunia ciuib; romanis quib; agri dabantur
pro cultura assignaret. De oppidis autem quę Attali
fuerant - nihil ad senatum sed ad populū. r. pertinere
predicabat. hoc uel maxime senatum offendit. Itaq;
Pompeius in senatu assurgens se uianum eē Tiberi. ac
ob id exploratum habere inquit - diadema & purpurā
ex regia gaza per eudemū pergamenū Graccho dela
tam tanq̄ romae regnatura. Quintus uero Metellus
Tiberium obiurgauit - q̄ patre Graccho censurā gerente

7.
quoniam redirent a cēna romani ciues lumina extingue
re solebant - ne conuiujs ac uoluptatib; nimium dediti
uiderent: cum filio autem audacissimi ac perditissimi
homines pernoctare conspiciant. Tiberius neq; sa
piens neq; humanus uir - ceterū interrogare ac respondere
promptus - cum dixit Tiberiū collegam suū sacrosanctū
uolasse - ac Tiberius aduocata confesum plebe Annui
accusaret - inferior & eloquentia & auctoritate Annui
ad suas argutias confugit: Ac ut paucos audiret ante
accusationem obsecratus - concedente Tiberio sic interrogauit.
Si tu inquit Tiberi condemnare me uelis - ac propellere -
egoq; de tuis collegis aliquē appellabo - an illū mihi au
xilium uolentem abrogabis? Ad hanc interrogationem
dixit Tiberiū quanq̄ disertissimus ac promptissimus erat
obmutuisse. Tunc igitur concionem quam Anni accusan
di causa uocauerat - re infecta dimisit. Sentiens autē
illa quę circa abrogationem Octauii gesta erant - non
solum potentib; uerum etiam multitudini molesta ac gra
ua uideri - pollutam ac deiectam tribuniciā potestatem
quę sacrosancta hactenus fuerat arbitrantib; - orationē
habuit - cuius non ab re fuerit sententias paucas hic
annotare - ut copiam ac facundiam eius uiri intelligere
ualeamus. Esse quidem sanctum & inuolabilem tribunū
pl. ex eo inquit q̄ plebi consecratus est: eiusq; innitit
potestate. Itaq; si auerso animo iniuriam plebi faciat -
eiusq; robur impediat - aduerseturq; - ipsum per hoc se
priuatum reddidisse: cum ea non agat pro quib; ho
nor sibi fuerat demandatus. Nam & capitolium euer
tere & naualia incendere - tribunū pl. si quis sinat
non ob hoc trib. pl. esse desistere - sed malū tribunū eē.

Quod si plebem oppugnare nequaquam tribunum remanere.
Esse uero pergrauis si consul + a tribuno .pl. in carcere
duci possit. ipse autem tribunus a plebe deponi &
abrogari non possit: cum potestate sibi concessa a
plebe contra atque sibi data fuerat abutatur. Con-
sulem namque & tribunum .pl. a populo .r. creari. Regiam
quidem potestatem omnes omnino magistratus comple-
xam & insuper maximis sacerdotibus consecrata fuisse.
Sed nihilo minus Tarquinium exatum a populo .r. & pro-
pter unius regis superbiam. regum nomen sub quo ro-
ma condita atque adaucta fuerat omnino extinctum
fuisse. Quid ita sanctum ac religiosum ut uirgines
uestales: tamen si qua ipsarum deliquerit uirga suffo-
ditur. Desinunt enim sacrosancte & inuolabiles esse.
dum aduersus deos delinquunt. per quos sacrosancte
& inuolabiles habebantur. Nec ergo tribunum .pl. si
plebem offendat. inuolabilem ac sacrosantum esse per
plebem amplius dignum est: cum qua pollebat po-
tentia eam ipse sustulerit. Atqui si iuste tribunatum
adeptus est. maiori parte tribuum decernente. quo-
modo non iustus sibi auferretur cunctis tribubus abro-
gantibus? Nihil esse usque adeo sacrum ac religiosum ut
res deorum immortalium numini dedicatas: Attamen illas
mutari ac transferri posse iussu populi .r. nemo unquam
dubitauit. Licuisse ergo populo .r. & tribunatum plebis
quasi munus quoddam dedicatum in alium transferre.
Quod autem tolli ac transferri possit. uel ex eo pa-
tere quod sepe iam qui habuerunt se ab eo magistratu
iure iurando excusauerant. hec & similia Gracchus
disserabat. Post haec amicas minas ac factionem

8.
aduersus eum initam sententibus. alioque tribunatu opus
fore ad salutem Gracchi censentibus. rursus mul-
titudine aliis legibus per quas tempora militiae de-
trahebat. & iudiciis tunc senatoribus equum numerum
ex equestri ordine admiscebat. exatere & aperte
iam senatus potentiam contentione magis quam iustitia
aut honestate oppugnare aggressus est. De his rebus
cum ad populum referret: cerneretque aduersariorum par-
tem superesse: quoniam non satis frequens multitudo
conuenerat. concionem dimisit. Ac postea die mutata
ueste in forum descendens. lacrimans ac miserabilis.
ac se metueret affirmans ne inimici noctu aggressi cum
necarent. sic homines commouit. ut frequens multitudo
circa domum eius presidii causa excurias agerent.
Prima uero luce aues augurandi causa delatae sunt.
quibus oblata esset nulla ipsarum preter unam prodierat. etiam
cauea uehementer agitata. Nec ista ipsa quae prodierat
essam attingere uoluit: sed sublata ara sinistra et
collo producto rursus in caueam se recondidit. hoc
signum propter id quod prius euenerat magis Tibe-
rium commouit. Erat enim illi galea qua in preliis
utebatur magnifice ornata atque insignis. In ea angues
oua pepererant. iamque foetus formati erant: quod
accedente anni signo magis formidine incusserat.
Processit tamen conuentione populi circa capitulum audi-
ta: & domo egrediens pede limen offendit. adeoque per-
cussio uehemens fuit. ut unguis maioris digiti sande-
retur: sanguisque profluens per calceum emanaret. Pro-
fectus insuper aliquantulum coruos ad sinistram in stili
adio pugnales conspexit: lapisque ab altero coruorum

dimotus iuxta pedes eius in magna turba prolapsus est. hoc non solum Tiberium sed etiam audacissimos eorum qui aderant turbauerat. Verum Cumanus Blossius tunc forte presens & prudendum & dolendum esse inquit si Tiberius Gracchi filius Sapius nepos princepsque populi. r. ab uno cetero deterritus aues deserat suos. nec uocatus exaudiat: nec inimicos tamen hoc in risu posituros. sed quasi regnet & delictis deditus sit. calumniandi occasionem habituros. Interea nonnulli a capitolio decurrentes properare ipsum iubebant. ut pote rebus prospere succedentibus. Profectus itaque primo congressu preclare acceptus est. Nam & popularis plausus apparenti sublati: prompteq; uia concessa: globo etiam circumdatus. ne quis appropinquare possit. Deinde per Mutuum tribus uocari cepte. Sed tamen per tumultum qui ab extremis oriebatur fieri quicquid non potuit: mixtis atque incertis omnibus pellentium ac renitentium fluctuatione. Inter hec Flauus Flaccus senator in eminentem locum euadens. ubi pre clamore strepituque multitudinis exaudiri uox non poterat. manu significauit uelle se cum Tiberio loqui. Iussu itaque Tiberii per multitudinem receptus. ubi ad eum peruenit. nunciat diuites postquam consules mouere nequibant. consilium de nece per se ipsos agitare cepisse: eaque de causa securos ac liberos cum armis habere. haec ubi circumstantes Tiberium audiuerunt. subito togas accinguntur: hastilibusque quibus multitudinem reprimunt de manibus ministroy ablatis. fractisq; sese ad resistendum propere comparant. Sed illi qui longius aberant. hanc preparationem admirantes. cum quid ea res sibi uellet percontarentur. tangens caput suum Tiberius periculum sibi imminere significabat. Hoc

9.
signum inimici maligne interpretati. quasi regem diadema petere illum senatus nuntiavit. Ob quem nuntium cum omnes percussi essent. Masica prius consulem ut libertati succurreret cohortatus. deinde ubi a consule grauius responsum est. nec se auctorem fore intestini belli. nec queng romanum ciuem sine iudicio necaturum. si tamen aliquid decernat populus. r. a Tiberio coactus id se pro lege non habiturum: profiliens Masica. quando inquit consul ciuitatem prodit. qui leges saluas esse cupiunt me sequantur. haec dicens laania toge supra caput posita in capitolium ire pergit. aliique post eum toga circa brachium inuoluta secuti sunt. At multitudo ob reuerentiam amplissimorum uiroy adiuturum negare minime ausa. sese trahens comprimerebat. Tulerant ab initio ii qui cum Masica ceterisque aduenerant fustes & clauas. Ipsi uero subsellioy fragminibus pedibusque reuulsis obuios ferientes contra Tiberium euadebant. Cede itaque & fuga Tiberii sociorum facta. cum ipse Tiberius cursu euadere properaret. toga praecedens quaedam retentis cecidit. Surgenti uero. P. Saturninus collega eius pede subsellii caput percussit. hic primam: secundam uero. L. Rufus de qua etiam gloriari solitus erat plagam inflexit. Ex aliis uero ciuibus. xxx. mactati. fustibus & lapidibus occisi: ferro autem nemo. hanc primam post exactos reges contentionem fuisse tradunt. quae sanguine & cede ciuium finiretur. Nam alias quidem neque paruus. neque paruus de rebus agitata. ita transiebat. ut cedere magis inter se metu quidem plebis senatus. plebs autem pudore ac reuerentia patrum. quam certare uiderent. Et in hac ipsa contentione facile cessurus uidebatur Tiberius. si uerbis & auctoritate eum flectere perrexissent. Et cetero

primo impetu in ipsum facto per facile cessit. absq; pugna
et uulnerib; resistendo illatis. Sed ita potius atq; odio lo-
cupletum q; ob eas quę iactabantur causas. perpetrata
cedes Tiberii uidetur fuisse. Cuius magna fuerit conie-
ctura q; in ipsum etiam mortuū crudeliter seuerunt.
Non enim tolli corpus. nec frateri uel ad nocturnā sepul-
turam postulanti concesserunt. sed in Tiberim una cum
alijs cadauerib; proiecerunt. Nec finis hic erat. sed ami-
corū ac familiarū eius. alios indicta causa in exilium
pulerunt. alios captos durissime tenuerunt. Inter
quos. C. Villius in eculeo cum angub; insutus necatus
est. Necatus etiam Diophanes rhetor. At Blossius cu-
manus Tiberii familiaris ad consules perductus cum de
rebus gestis interrogaretur. se Tiberii iussu cuncta fecisse
respondit. Ad hæc Nasica. quid si te Capitolium incen-
dere iussisset. an id quoq; fecisset. Nunquā iussisset
hoc inquit. sed si iussisset paruissem. nam pro utilita-
te populi. r. nec aliter unq; erat iussurus. hic Blossius
tunc euadens in Asiam ad Aristonicum fugit. rebq;
Aristonia deinde profligatis sibi ipsi mortem consciauit.
Post mortem Tiberii ut plebis dolor leniret. senatus diui-
sionem agrorū impugnare destitit. permisitq; ut loco Ti-
berii alium eligerent ad agros diuidendos. Electus est
igitur. P. Crassus Gracchorū affinis. filiam enim Crassi
C. Gracchus uxorem habebat. Quāq; tradit Corne-
lius nepos non Crassi sed Bruti qui de Lusitanis tri-
umphauit filiam. C. Graccho nuptam fuisse. Sed plu-
res ita tradunt ut modo diximus. Sed cum grauis
plebi foret Tiberii mors. etiam uindicta accusatoresq;
contra Nasicam pararentur. sollicitus de salute Nasicę

10.
senatus. liberam sibi legationem in Asiam decreuit. Hō
enim obscura erant populi. r. odia. sed clamabant obui
maledictisq; incessabant. tyrannū et cede tribunicia fe-
datum pollutumq; et inextinguibilem uocantes. Nasica
igitur quāq; maximo sacerdotio illigatus. tamen ea
de causa Italiam dimisit. ac ubi in Asiam peruenit
haud multo post circa Pergamum interit. Nec mirū
si usq; adeo Nasicam oderat populus. r. cum Sapius ipse
Africanus. summa alias gratia factus. parum abfuerit
quin omni beniuolentia et caritate populi. r. destitue-
retur. q; apud Numantiam cede Tiberii nunciata sibi.
carmen homeri pronuntiavit in hanc sententiā. Sic
pereant alii qui talia facere pergent. q; q; postea
in concione rogatus. quid de morte Tiberii sentiret.
non placentem dedit responsionem. Ex quo factum
est ut plebs illi concionanti obstrepere. quod antea
fecerat nunq; et ipse ad maledicta in plebe irritatus
est. de quib; in Sapius uita sigillatim diximus.
C. autem Gracchus siue inimicos ueritus. siue ut inui-
diam illis accumularet. statim post mortem Tiberii fra-
tris omisso foro se in oium tradidit. quasi et tunc
misere et in futurū abiecte uitam acturus. ut etiam
quidam de se prestatet sermone. quasi et damnaret
quę Tiberius gesserat. Erat autem puer id tempus ad-
modum adolescens. Nam Tiberiū constat ante trige-
simū statis annū interisse. quo ut supra diximus nouē
annis Caius minor erat. Sed precedente tempore cū
mores in eo graues et a pigritia. mollitie. auaritia.
uoluptatib; alieni apparerent. facultasq; dicendi ad
rem. p. comparata. statim creditū est illū nequaq;

in posterum quietem acturum. Nam in defensione cuiusdam
amici sui Vetti nomine. ita excelluit. ut ceteri oratores
nihil a pueris differre uiderentur. Quibus rebus perculsa
nobilitas. multa iam inde agitare cepit. & ante prospicere
quemadmodum efficere possit. ne C. Gracchus tribunus. pl.
crearetur. forte euenit. ut Quaestor in sardiniam cum hore-
ste consule nauigaret. Id enim munus Caio sorte impensum
inimicus eius gratum fuit. Sibi uero non ingrati. ut pote
qui noster non inferiorem se bello esse quam in foro. Preterea
adhuc rostra suggestumque perhorrens. nec plebi amicusque ro-
gantibus denegare operam suam ualens. omnino profectio-
nem illam libenter suscepit. At qui opinio magna optinuit.
C. Gracchum summum & absolutum fuisse popularem. multoque
in ea re iudicio populi Tiberium fratrem antesse. Quod
uerum non est. sed necessitate potius compulsus quam iudicio
animum se ad rem. p. contulisse uidetur. Scribit Cicero
orator. C. Graccho omnes magistratus repudiant. &
in otio uiuere cupienti. fratrem Tiberium in somnis uisum
dixisse. quid tardas Cai? nulla est fuga. sed ambo
unam uitam & unam mortem pro populo. r. certantibus
fata statuunt. Cum uero in sardiniam uenisset. ibi
omnifariam uirtutem ostendens. audacia quidem in ho-
stes. iustitia in subditos. beniuolentia & obseruantia erga
consulem. ceteram uiuentiis. temperantia autem et
industria etiam seniores anteibat. Vehementi ac pesti-
fera hieme exercitum opprimente. cum consul a ciuitatibus
uestem militibus peteret. at ille missis ad senatum legatis
se a prestatione uestium excusarent. nec aliunde uesti-
endi exercitui facultas consuli permitteret. magnoque ob
eam rem milites afficerentur incommodo. adiens ciuitates

. Causa.

11.
Causa effect. ut ipse sua sponte uestem exercitui donaret.
Ea romae nuntiata. cum popularis gratie uiderentur inuadere.
senatum turbauit. & prius quidem ex libia uenientes Mi-
nicipae legati ingrati accepti fuerant a senatu. qui dicerent
Minicipae. C. Gracchi gratia frumentum in sardiniam misisse.
Ut igitur Gracchum diutius in sardinia detinerent. ut mi-
litibus successores mitterentur. ut horestes consul in sardi-
nia remaneret. decreuerunt. ut sic Causa quoque remanere
compelleretur. Sed ille re intellecta. statim ob iram e sar-
dinia nauigauit. romaeque ex improviso conspectus. non
solum inimicos. uerumetiam amicos reprehensionis causa
aduersus se praestitit. qui contra maiorum exempla. qua-
estor ante consulem e provincia decessisset. Attamen cum
de ea re apud censores accusaretur. oratione habita. sic
mentes omnium mutauit. ut magnas iniurias passum iudi-
cant. Duodecim se annos militasse ostendit. cum lex
ceteris in necessitatibus decem diffinuit. Quaestoriam per
triennium gessisse. cum lex finito anno redditum quaestori
permittat. Se unum plenos loculos pecuniae extulisse.
uacuos reportasse. cum alii potato quod extulerant uino
plenas aureo atque argento amphoras reportarint. Post haec
rursus accusatus est. quasi particeps flagellianae conuira-
tionis. In qua causa cum omne suspicionem a se repuli-
ssa. puerumque & infantem esse constaret. statim tribunatum
petere properauit. In quo licet uniuersa nobilitas ipsum
oppugnaret. tamen multitudo tanta in urbem ex italia
confluxerat. ut domus rectorumque deessent. nec turbam cape-
re comitum possit. ex rectoribusque ac regulis suffragia pre-
starentur. hoc dumtaxat conando assecuta nobilitas est.
ut non primo quemadmodum sperabat. sed tertio loco tri-

bunus crearetur. Postq̄ tribunatum inuit. Statim primus
omniū collegarū apparuit. Nam eloquentia egregie pre-
ditus. & ob ea quę passus fuerat acer & audax. ex
quacūq; causa in complorationē Tiberi fecerat. sermone
traducebat: cōmemorans quę tunc facta fuissent. Atq;
deinde ostendens maiores contra Faliscos bellū intulisse:
q̄ Tenitum quendam trib. pl. iurgio incessissent: q̄ &
M. Vectum ultimo supplicio affectum q̄ transeuntē per
forum Tribuno. pl. de uia non cessisse. Ac isti inquit
spectantib' uobis Tiberiū mactauerunt: & per mediā
urbem tractum ex capitolio in Tiberim proiecerunt.
Amici quicūq; capti sine iudicio necati sunt. Atqui
more maiorū siquis capitali iudicio accusatus nō ue-
niat ad se defendendū - tamen cum domi ante ianuā
consistens nomenclator tuba citat. nec ante contra
ipsum fertur sententia - ita caute & diligenter maio-
res nostri iudicia moderati sunt. his ille uerbis mul-
titudine conatata. & erat quidem magnę uocis. & in
dicendo firmissimus. duas leges tulit: Alteram. ut
qui magistratu per populum remotus fuisset. facultatē
alterius magistratus incundi non haberet: Alteram.
ut siquis in magistratu constitutus. quem romanū sine
iudicio necasset. in eum populi animaduersio foret.
Quarū altera. M. Octauius. qui Tiberio rogante tribu-
natū dimittere iussus fuerat. notabatur. Altera in
Popiliū. qui pretor amicos Tiberi in exiliū pepulerat.
iudiciū parabatur. Sed Popilius statim per fugam
sibi consuluit. Octauius uero ipse Caius ob Cornelie
preces seruauit lege abrogata. Nec ingrati fuit po-
pulo. r. cum diceret in concione. se Cornelie matri

12.
precanti. salutem Octauii concessisse. Nec sane ipsa Cor-
nelia minus ob uirtutem filiorū q̄ ob memoriam Afri-
cani patris a populo colebatur. Cui etiam cum postea
statua decerneretur. sic scriptum est. Cornelie grac-
chorū matri. Narrantur autem multa uenuste & ora-
torie de Cornelia matre a Cato dicta aduersus quē-
dam inimicorū. Tu inquit Corneliam utipectare audes.
quae Tiberium peperit. Cumq; inimicus ille de molli-
tie notaretur: Quā ratione inquit te cum Cornelia
comparas. An tu peperisti ut illa. Atqui nemo cuius
ignorat diutius illam sine uiro fuisse. q̄ te uirum.
Multa huiusmodi ex orationib' eius sumi possunt. ī quib'
mordaatas uerborū apparat. Leges preterea tulit
populares aduersus potentiam senatus: Veluti de co-
loniis deducendis: de uestib' publicę militibus dan-
dis. sine stipendiōz diminutione: de minorib' decē
& septem annis ad militiam non cogendis. Tulit
& de suffragiis socioz: pares italos & ciues constituēs.
Tulit & frumentariam legem. de annonā pauperib'
assignanda. Tulit de iudiab' deligendis. Nam cum
soli antea senatores iudicaret. ob eamq; rem a
plebe timebantur. trecentos ex equestri ordine iudi-
ces adiecit: pacem senatorib' numerū statuēs. hęc
lex potentiam senatus magna ex parte prececidit.
Atq; in ea lege ferenda: & alioquin diligentia usum
fecerunt: & primum omniū qui ante se fuerant ita
concionatum. ut non ad senatum & comitiū ut mos
erat. sed ad forum conuersus persisteret. quod postea
semper in dicendo seruauit. Atqui ex hac parua
re magna in re. p. mutatio oriebat: traducta di-

gnitate ad populū - quasi non de senatu sed de ppto
r. is qui orare cogitare deberet. Cum uero plebs
non solum eam legem susceperet - uerum etiam Caio
potestatem daret ut ex equestri ordine quos uellet
iudices eligeret - tunc quasi regia suffultus potentia
etiam a senatu in dicendis sententiis obseruabatur.
Quotiens uero sententiam dicebat - semper aliquid
decorum ac preclarum deferrebat. Quale fuit decretū
eius de frumento a Fabio misso. Fabius enim propector
ex hispania frumentum transmiserat. At Caius se
natum persuasit pretiū ciuitatib' reddendū ēē; fabiūq;
reprehendendū ut grauē prouincialib' & nimis du
re imperantem. Ex quo s. c. magnam senatus lau
dem assecutus est. Deceuit etiam colonias deducē
das: uasq; muniendas: rem frumentariam procurandā.
Atq; his omnib' dum agerentur ipse magistratū gerēs
indefesso studio ac neubi deficiens precebat: tanta ac
tam mirabili uigilantia & celeritate: ut ad singula
dumtaxat uideret intentus. Adeoq; ipse unus omnia
obibat - ut etiam acerbissimi inimici obstupescere co
gerent utrum per omnia efficacem atq; inuictū. De
lectabat uero pptm. r. ipsius aspectus. Semper enī
illum turba ingens sequebatur - operarioz - fabroz -
legatoz - magistratū - militū - studiosoz: quos om
nes benigne alloquens - & in humanitate grauitatem
consecrans - seq; unicuiq; illoz decenter impatiens -
calumniatores ostendit esse eos - qui se ut superbū
aut inhumanū criminabantur. Maxime uero diligen
tem circa uiaz procuracionē se prestitit: tum utili
tatis causa: tum etiam ornatus. Rectis quidē regionib'

13.
uas deduxit: & eas partim lapide elaborato strauit:
partim harena muniuit aggerib' iniqua adequans.
& quantum ualles torrentesq; abrumpebant - ponti
b' aequali altitudine ac procliuitate coniungens pul
cherrimā operis speciem ostendit. Dimenso preterea
uiaz spatio singulis miliarib' - est autē miliarū pau
lo minus q̄ octo stadia - columnas lapideas spatii
signa preferentes constituit. Alios insuper lapides
parum inter se distantes ex utraq; uiaz parte dispo
suit: ut ex illis facilius & sine saltu in equos ēēt
ascensus. Ob haec cum a ppto. r. laudaretur - omniaq;
concedere se paratū ostenderet - dixit in concione se
pro his rebus gratiam petiturū: quae si concederet
sibi - pro summo beneficio acciperet - si negaret - nō
grauiter ferret. haec uerba expectationē dederūt
quasi consulatū petere uellet. Instantib' igitur con
sularib' comitib' - cunctisq; in expectationē adductis -
prodit Gracchus in campū una cum amicis. C. Fan
nium ad consulatū petendū adducens: proq; eo
rogans designari consulem fecit. Ipse uero Gracchus
tribunus. pl. secundū creatus est - plebe id iubente -
sine ulla ipsius petitione. Sed cum animaduertisset
senatum sibi infensum: Fannium uero. cos. ob id ipsū
minus potentem - q̄ sibi amicus putabatur: rursus alijs
legib' promulgatis animos plebis suscitauit. Colonias
Tarentū atq; Capuam mictendas - & latinos in cōmuni
onē ciuitatis uocandos decreuens. At senatus metuens
ne omnino inexpugnabilis fieret Gracchi potentia - no
uū & inusitatū remediū adinuenit. Ut enim studia
hominū ab illo diuerteret - multa contra bonū equūq;

plebi concedere decreuit. per hunc modum. Erat L. Livius Drusus collega in tribunatu. vir claro loco natus: & ingenio eloquentia diuitis plurimum pollens. huic senatus persuadet ut una secum aduersus Caum insistat. sine ulla plebis offensa: sed ea plebi ministrans. pro quibus aduersus eam resistere pulchrum esset. Permittens igitur tribunatum suum Drusus arbitrio senatus. leges tulit. nec preclarum aliquid. nec fructuosum rei. p. continentis. sed unum dum taxat agentes. ut. C. Gracchus uoluptate & gratia apud plebem superaret. In qua re se ipsum arguit senatus: non res a Caio gestas moleste ferre. sed personam eius oppugnare uoluisse. Nam Graccho duas colonias decernenti resistunt. quasi populum exhaustum: Livio autem duodecim colonias. & tria milia annuum in singulis eorum deducenda censenti. libentissime assensuerunt. & rursus Graccho pauperibus agrum diuidenti. & pensionem rei. p. ob id soluenda censenti. quasi gratiam plebi aucupanti aduersati sunt: Livius autem etiam pensionem remouens eis placebat. Caius paria suffragia Latinis concedens. senatum offendit: Livio autem ne liceret quicquam Latini nominis in exeat flagellum cedi. legem ferenti. auxiliati sunt. Illud tantum utilitatis in rebus Livii fuit. quod quotiens de his rebus ad populum ferretur. predicabat. se ea dicere ex consensu & approbatione senatus. Quae res populum in gratiam senatus reducebat. antiquae contentione deleta memoria. Maxime uero Livio profuit ad auctoritatem & gratiam quod nunquam propter commoditatis causa Legem tulisse apparuit. Nec deducendis colonis preesse uoluit: sed alios praefecit.

14.
Nec pecunias tractavit: cum ipse Caius pleraque eorum quae decreverat. per se ipsum exequeret. Post haec Rubrio quodam Gracchi collega referente. cum plebs scilicet ut Carthago a P. Sapiene nuper eversa restitueretur. & forte Caio evenisset. ut ea de causa in Libyam navigaret. etiam maior tunc Drusus per absentiam Caii factus. maxime Fulvianus occurrit calumnias. Erat enim Fulvius. C. Gracchi familiaris: & in diuisione agrorum collega: uir fidelissimus & senatui inuicissimus: nec plebi carus. propter suspicionem quod fama erat socius ad defectionem soluisse. Quibus sine probatione argumentisq. iactatis. ipse Fulvius fidem non sibi neque quieti animi ostendebat. Ea res Gracchi potentiam minuit. ut illius inuidia foret. Et cum Sapiens Africanus subito defunctus esset signaque nonnulla plagae & uolentis ut in eius uita sceleris in ipso mortuo apparerent. maxima de Fulvio suspitio fuit: ut pote inimico: & ea ipsa die contra Sapienem publice inuictus. Atque uero etiam C. Gracchum ea suspitio ac tam graue facinus. in sumum uicium & principem ciuitatis perpetratum. non modo ultione sed reclamatione etiam caruit. quoniam plebs soluta de salute Gracchi. ne ille forsitan participes neque inueniret. indicium dissoluit. Sed haec penitus facta erant. In Libya uero dum Carthaginem quam iunoniam appellauit. Gracchus restituit. permulta a graui loca impedimenta tradit opposita. Nam primum signum in uentorum correptione. cum si grifex ualde resistit. fractum est. & sacra altaribus imposita surgens procella dissipauit. & extra terminos designatas urbis abiit. ipsos praeterea terminos Lupi inuadentes ac turbantes longe detulerunt. Actamen

Gracchus omnibus constructis atque ornatis septuagesimo die postquam Roma discesserat in urbem reversus est: audita Drusi adversus Fulvium insectatione: et rebus urbanis presentiam eius efflagitantibus. Nam L. Opimius vir potens in senatu. qui prius in petitione consulatus succubuerat. C. Graccho Fannium in comitiis referente. tunc iterum petens multis adjuvantibus. si consul fieret potentiam Gracchi. quae iam quodammodo conseruaretur ob multitudinem ad gratiam plebis ipso concedente senatu rem. p. gentium depositus uidebat. Postquam igitur Romam rediit. quo popularior foret ex palatio ubi prius habitabat in locum foro propinquum. ubi complures egeni et tenues ex plebe homines habitabant immigrauit. Deinde cum alias promulgasset leges. ob quas frequens concursus ad eum fiebat. senatus Fannio. eos. persuasit. ut omnes preter urbana multitudinem urbe depelleret. Facto igitur per praconem mandato duro quidem atque insolito: ut nulus ex sociis atque amicis populi. r. per eos dies Romae adesset: opposuit Caius edictum. per quod consulem quidem reprehendebat: sociis autem si manerent opere se laetum aduersus insolentiam consulis pollicebatur. quod tamen non fecit. Nam cum cerneret quendam ex hospitibus ac familiaribus suis. per apparitores consulis trahi. permisit. nec resistit: siue uiribus suis diffusus: siue ut ipse inquit nolens principum cupientibus aduersarius prestare. Et forte euenerat ut collegas etiam suos per id tempus haberet infensos ex huiusmodi causa. Futurum erat in foro gladiatorum spectaculum: et magistratum plenumque circa forum ad spectandum locis ^{locis} ca. mer

15.
cede locabant. haec loca Caius per edictum purgari iussit: ut plebs spectare sine mercede ualeat. In quo cum sibi non parceret expectata precedente certamine nocte. constructiones ipsas. per operarios et fabros suos demolitus. uacuum multitudini ad spectandum locum ostendit. Quod factum ut plebi gratum. sic collegas ab eo tanquam agresti superboque alienauit. Atque ex ea re certum tribunatum creditur amisisse: suffragiis quoque plurima praestabant maligne et fraudulenter per collegas occultatis. Sed haec non satis clara sunt. Tulit uero hanc repulsam grauius et iniquo animo: aduersusque inimicos uidentes insolentius quam par erat inclamauit. eos sardonium risum videre: ignaros quam magnis tenebris ex suis actibus circumfundant. Cum autem Opimius eos. factus. multas ex legibus a Caio latas abrogaret: et Carthaginem in alium locum transferendam decerneret: atque ea faceret ut Caius irritatus neos suae occasione praestaret: primo tempore tolerantiam habuit. Sed ubi familiares amicosque. et in primis ipse Fulvius incitare eum ceperunt. contracta multitudine aduersus consulem resistere statuit. Ad quam rem tradunt matrem Corneliam ipsum adiuuasse. latenter multitudine conducta ex agris in urbem sub messorum specie transmissa: ut in ipsius Corneliae epistolis ad filium sub enigmate scriptum legitur. Licet tradant nonnulli Cornelia repugnante hoc a Caio factum. Quo die Opimius de abrogandis legibus erat relatuus. prima luce ab utrisque capitulum occupatur. Ibi dum Consul sacra fecisset. minister quidam Antyllus nomine. intestina asportans. illis qui circa Fulvium erant

dixit. Cedite bonis auib' mali aues. & adiungunt quidā
ipsum in obscenam figuram brachium nudum simul his
dictas pce iniuriam ostendisse. hic ego statim occidit.
magnis silis ea de causa ut dicitur comparatis. Ca
cedes populum quidem tuebant. duam uero ipsos uā
ria mens fuit. Nam Caus quidem indoluit: & eos qui
id fecerant reprehendit. Opimius uero quasi occasione
parata ad ulascentū suos cohortatus est. Imber ea
die certamen diuisit. Posterdie uero summo mane con
sul senatum in curiam uocauit. Atq; dum ibi de re
p. agitur. quidam ut ordinatum erat Annylli corp'
feretro impositū cum plantis & lamentatione in forum
secus curiam ipsam deculecunt. Simulante consule id
se admirari. Senatus progreditur. positq; in medio
eoz feretro ueluti super magnū facinus patres inela
mant. At multitudinē indignatio habebat. q; Tiberii
Gracchi. tr. pl. in capitolio nupte occisi. corpus in
tiberim proiecū fuisse: ministrum uero Annyllū
qui & si non uice necatus esset. iustas tamen praesbe
rat itaz causas. in foro circumfusi senatores ppi. r.
deplorarent: cum q; ostenderent ad necem reliquoz
aiuu. qui plebem romanā defendebant. Senatus
post hec in curiam reductus. decreuit ut Opimius
consul uideat ne quid res. p. detrimenta capiat.
Ille statim iubet ut senatus arma capiat: atq; equites
romani singuli binos seruos cum armis posterdie ad
ducant. At Fuluius contra se parare & plebē colli
gere incipit. Sed Gracchus ipse foro abiens iuxta
patris Gracchi statuam consistit. Atq; eam diutius
cum silentio intuitus. tandem flens suspiransq; disce

16.
sit. Ob hoc multi ex plebe homines in cōmiserationem
adducti. ac se ipsos castigantes. q; hominē derelictum
proditumq; patiantur. prosequi custodiae causa cura
edes eius pernoctarunt: non potationib' & ebrietati
b' intenti. ut u qui circa fuluiū excubabāt. Nam
illi ebrietatib' & tumultu noctem transegerūt: ipso
fuluio in primis lasauente. & contra etatem suam
multa dicente agenteq; . At apud Gracchū nihil
simile: sed tanq; in publica calamitate mesti & futu
rum spectantes paratis uigiliis excubabant. Albesce
te igitur die fuluius uix ex somno propter uinolentiā
excitatus suos armat spoliis galataz: quae domi suae
ex triumpho supererant. At subito minas clamore
in auentiniū montem euadit. Caus uero nec arma
re quidem se uoluit: sed tanq; in forum iturus. to
gatus processit: paruo dumtaxat acutus gladio.
Exeuntem domo uxor in uestibulo prosequuta. atq;
altera manu natum tenens. altera uirum apprehen
dens inquit: Non te Cai nunc in rostra tribunū. pl.
& legum latorem transmittito: nec ad bellū gloriosū
in quo & si aliquid accidat aduersi. saltem honestū
mihi luctum relinquant. sed tiberii fratris tui inter
fectoris te obias incrimē. recte id quidē ut patiaris
magis q; agas. Vicerunt enim peiora. Vi & ferro iudi
cia peraguntur. Si apud Humanitatem frater tuus
occubisset. at corpus saltem ad sepulturam redidisset
hostis. Nunc autem & ego fortassis Fluius quodam
aut mari te prosequi compellat: obseruans an sibi
in his tuum corpus appareat. Quid enim aut diis
aut legibus. quis cedat post Tiberii mortē? haec

deplorantem Lianiam dissoluens sensim a complexu
Caius una cum amicos silens ite perrexit. At illa
uestem eius capere gliscens solo procubuit semianimis.
donec ministroz manib' sublata ad Crassum fratrem
delata est. Fuluius ubi omnes in unum conuenerat
uoluntatem Gracchi secutus. iuniorem Fulium cum Ca-
duco in forum transmisit. Erat hic adolescens
egregie forme. Qui cum lacrimans honeste ac decore
de concordia ad senatum & consule Locutus esset: ac
pleriq; eoz qui aderam ad concordiam flecterentur:
Opimius eos non nuntius inquit senatui persuadendum:
sed descendendum ex auentino: ac se iudicio senatus. ut
obnoxios eius subiiciendum esse: atq; ita ueniam postula-
dum. & simul adolescenti ut cum his rediret. uel omni-
no non rediret. Caium itaq; tradunt uoluisse in
forum descendere ut senatui loqueretur. Sed cum id
coetere non probarent. rursus adolescens a Fulio
cum mandatis haud dissimilib' remissus est. At Opi-
mius pugnandi audax puero statim in custodiam
tradito. contra Caium & Fulium profectus cum mul-
titudine armatorum & sagittariorum ceterisq; fecit
aduersarios ac perturbat. factaq; inde fuga Fuluius
in quoddam balneum sese coniecit: ac paulo post
deprehensus una cum maiore filio occiditur. Caium
uero nullus ea die pugnantem conspexit: sed ea que
geriebantur permoleste ferens in templum dianę se
retulit. manusq; sibi ipsi afferere cum uellet a Li-
anio & Pomponio fidissimis familiarib' suis prohibet.
hi namq; presentes gladium ademerunt: & ad fugam
cohortati sunt. In quo loco dicitur Caius in genu

17.
procumbens & manib' ad deam tendens precatus fuisse
ut ppis. v. pro tanta ingratitude ac prodicione nunq;
a seruitute eximeret. Palam enim cuncti ipsum de-
seruerant. q' primum fuit eis per precone impunitas
si inde discederent concessa. Fugientem ergo Caium
aduersarii persecuti. Cum iuxta pontem ligneum iam
assequerentur. familiares duo quos supra memorauimus
illum procedere ac maturare fugam iubent. Ipsi
uero in ponte ipso euentib' aduersariis se obiacentes. no-
prius queng' transire permiserunt. q' ipsi pugnantes
occisi sunt. Cum Caius secius unus aufugerat Philo-
ceates. Ac cum uniuersi certatim eum ad fugamhorta-
rentur. nemo tamen auxilium prestat. nec petenti
equum quisq' concederet. & iam aduersarii adessent.
precipit ille se in sacrum deorum nemus: ibiq; occidit.
per manus philocatis serui. qui primo dominum. de-
inde se ipsum perimit. Quamq; tradunt non nulli
ambos in manus inimicorum uiuos peruenisse: sed seruum
dominum complexum non prius duelli potuisse q' ipse
cederet. Caput Gracchi tradunt abscisum. primo
ab alio. deinde ab amico quodam Opimii Septumuleo
nomine per uim ablatum. Nam promissum erat in
principio pugne. ut qui Caii & Fulii capita refecerat
equum aut pondus ex publico acciperet. Relatum
est igitur a Septumuleo pilo transfixum: statera de-
inde impositum. librarum decem & septem ac dimidie
pondus traxit: Septumuleo improbe machinato. nam
detracto cerebro plumbum infuderat. Qui uero Ful-
uii caput retulerunt. erant namq; ex tenuioribus.
nihil omnino reportarunt. Corpora Caii & Fulii

et aliorum omnium. crederem enim tria milia cetera fuerunt.
in Tiberim proiecta. bonaque eorum publicata. Editum
est mulieribus ne lugerent. Dos Lianiae uxori ad
empta. Crudelissimi uero omnium in eo fuerunt. quod
fului uenioris filium concordiae sequestrare. quem pau-
lo ante diximus a consule captum. et in custodiam
traditum. cum is nec in prelio fuisset. nec manus
aut arma contra intulisset. tamen post uictoria
acerbissime necauerunt. Super omnia tamen plebem
afflixit templum concordiae ab Opimio constructum.
Sactatio enim quedam uisa est atque superbia. et quasi
de nece romanorum ciuium triumphus. Itaque per noctem
sub ipsius templi hypogamate quidam scripserunt huc
uersum. Opus uenioris templum concordiae facit.
hic tamen Opimius qui primus in consulatu Dicta-
toris potestate factus est. qui quae supra tria milia
ciuium. C. Gracchum. et Fulvium Flaccum. quorum alter
consularis et triumphalis. alter suae aetatis uirtute
et gloria princeps fuit. indemnatos occidit. fueri
ceumine non caruit. Nam missus postea legatus ad
Iugurtham numidiae regem. et pecunia corruptus cum
summo dedecore in iudicio condemnatus infamis con-
senuit. inuisus ac spreus a populo. r. Qui et si iuxta
res ipsas perculsus metu se contraxerat. tamen paulo
post desiderium et beniuolentiam Gracchorum aperte osten-
dit. Nam et statuas illorum posuit celeberrimis uerbis
laos. et ubi illi occisi fuerant sacella edificauit.
coluitque. et sacrificia quotidie in his fiebant. precum-
bebatque multitudo ut deorum templis. Ipsa enim Cor-
nelia mater dicitur. et cetera omnia quae fors attu-

18.
lerat generose tulisse. et de sacellis ipsis dixisse. dignas
eorum corpora sepulturas habere. Ipsa uero circa Misenum
uitam duxit. nihilo de priore consuetudine immutata.
Erat ei amicorum multitudo. et ea de causa frequens
hospitalitas. Nam et ex greca eruditi homines. et
a cunctis regibus dona ferentes referentesque nuntii do-
mum eius frequentabant. fuit illi dulcissimum patris
Sapientis facta commemorare. mirabilisque cum de filiis
loqueretur. atque illorum casus factaque referret. indolentiam
quasi fabulam quandam rerum antiquarum enarrare. Un-
de quosdam suspicari coegit. ne ob senectutem et
doloris magnitudinem sensum amisisset. Ipsos uero nimirum
absque sensu non intelligentes quantum generositas na-
turae et educatio laudabilis prodest hominibus. aduersus
dolorem moderate preferendum. quod quod fortuna aduersus
uirtutem bona custodientem interdum preualat. sed in
cadendo moderationem animi ferentis aduersa non
aufert. ;

Tiberii et Caii Gracchorum uita ex Plutarcho in latinum conuersa
per Dominum Leonardum Arctinum. explicuit.

Credo. non nunq̃ tibi euenisse Antoni carissime. mihi nanq̃
 ipsi sepius q̃ uellem / & interdū non sine quadā indigna-
 tione ac fastidio contigit ut in sermone quorūdam inaderes
 qui gestas militariū uetoz uiroz. haec noua temporis
 nostri facta ēē longe preferenda contumaci ac prote-
 ua obstinatione contenderent. Aduersus quoq̃ falsam
 affectionē cum per homines historiaz peritos. & uetusta
 is simul ueritatēq̃ defensores amatoresq̃ resistitur. con-
 festim alioquin efficacib⁹ ac ueris rationib⁹ uicti ad illud
 tanq̃ acetem unicam sui erroris confugere solent: ut
 dicant antiquos illos praesa quadam bonitate resectos
 uersuta ingenui. dolisq̃ & fallaciis quib⁹ in hoc tempore
 homines superhabundant caruisse. & in hoc quidē uno
 eoz asseueratio plectunq̃ ut animaduerti in coronis cir-
 cumstantium repperit assensores. propterea q̃ inest
 hoc ferme cunctis hominib⁹ uitium. ut sibi ipsis ac
 etati suae in opinione ingenui calliditatēq̃ plurimū blan-
 dantur. Omnes autem facilem ijs assensum praestant.
 quae uel exstimationi uel cupiditati suae consentanea
 sunt. Ego uero & si aspiam hanc decoris palmam
 temporis nostri potius dāxi. tamen quotiens ad exco-
 llenatissimā uetozū prestantiam mentem exerceo. ac
 postposita utriusq̃ affectione. uelut iustus arbiter
 mediis constati. disparecam nisi haec nostra ad illoz
 comparationē ueluti puerilia quaedam ludicra exi-
 stimare compellor. expertia ordinis. expertia di-
 sapline. expertia scientiz rei militaris. nunq̃ colla-
 tis signis dimicare ausa. sed leuib⁹ certaminib⁹
 fugisq̃ & insectationib⁹ instar pueroz contenta.
 Nam quid ego de hac facili & consueta nostris tem-



potib' remissione captiuoz loquar : quam quis merito & optimo iure non videbit . & puerili ludo persimile iudicabit . Jam uero q' de fallacijs dolisq' gloriant' sunt sane quedam esse modi omi tempore detestanda . Vt foedex frat' honel . si dei defectus . produtionesq' fidentiu . In quib' si excedere nostri contendant . non solum improbi uerū etiam stulti uidebunt' . Sunt & quedam eiusmodi in bello concessa . Vnde Corebus apud Maronē in illa turbulentissima nocte captiuitatis teorianē post Androgei mortem inquit . Muremus clipeos . danaūq' insignia nobis . Aptemus . dolus an uirtus quis in hoste requiratur : hęc autē quā ingenio perficiunt' dixit Caispus compertum ēē in bello plurimū ingeniū posse . In hac itaq' ingeniū & intelligentię parte si recte iudicare uoluimus . nec nos mol' ipsos cecitate nostri decipere . iam uidebimus manifeste . nec in re militari . nec in gubernatione rex . p . nec in eloquentia . nec in studijs bonarū actuum tempora nostra antiquis respondere . Nisi forte Platoni aut Aristoteli aut Carneade aut multis alijs ueterib' in sapientia & doctrinis : Aut Demostheni & Tullio in eloquentia : aut in gubernatione rex . p . Pericli Soloni & Catoni : Aut in hac ipsa de qua contendimus militari arte Pyrrō aut hannibali . aut fabio maximo aut M . Marcello . aut G . Julio caesari secula nostra pares aliqui aut cōparandos queunt profectē . Sed nos de his reb' alio in loco uberius disseremus . Nūc autē cū proximis dieb' Sertorii prestantissimi & callidissimi duas facta in greco legere huius quęstionis admonuit uitā ei' in latinū conuersā tibi mittere decreui : Vt & nostrū amorē erga te pphissimū recognosceres . & si quādo in sermones eoz huius deuenires hui' q' uiri exemplo temeritatē contendētū pefringere & sequit' nostri temporis oburgare possis . Vale .;

Non est fortasse mirandum . per infinitum tempus alibi aliter fortuna influente res humanas in eundem sepius casu deferri . Siue enim subiacentiū rex multitudo terminata non est . habundantem & facilem habet fortuna ad similitudines edendas materiam : Siue ex quibusdam terminatis numeris series rex connexa existit . necessarium est ex illarū disarsu sepe eadem euenire . Cum uero quidam huiusmodi fortune opera . quę ratione & consilio factis similia uident' . historię adnotarint . Veluti ex duob' Anteonib' . quoz alter Syrus . alter Archas fuit . utruq' ab apro interceptum fuisse : Duoz Antheonū . alterum a canibus alterum ab amatorib' disceptum : Duoz Sapienū . ab altero uictos carthaginenses . ab altero funditus euersos . Troiam ob Laumedontis equos primū ab hercule . deinde per ligneum equum ab Agamenone . Terno propter equum qui in porta consistens . Iliensibus claudere uolentib' impedito fuit . a charidemo duce captam fuisse : Duaz ciuitatū quę olentissimarū plantarū nomina habent . yō salicē ac smyrna . in altera natum fuisse homerū . in altera decessisse : Age & hoc adiungamus qui duces maxime bellantissimi fuerunt . eos altero caruisse oculo . Philippū . Antigonom . hannibalem . & Sertorium : de quo ista scribim' . Quem Philippo continentiore in mulieres . Antigono fideliozem in amicos . hannibale placabiliozem in hostes quis ostendat : ingenio autem nulli inferiore . sed fortuna omnib' ipsis . Qua semper magis infesta q' hostibus usus . se peritina Metello . audacia Pompeio . fortuna Sille . potentia romano populo . exul & barbaris impetans adequauit . huius autem precipue omnū grecoz Eumene cardianum assimilabimus . Nam imperiosi ambo & cum

dolo bellaces. extorces suarū ciuitatum. duces alienarū fu-
erunt. ambo preterea fraude suarū ad extremū necati.
Quinti Sectorsi genus non obscurissimū fuit ex Nursia
urbis Sabinarū. Educatū autem honeste sub matre ui-
dua. summo amore coluisse illam uidetur. Matri no-
men rheam fuisse tradunt. Eruditus uero in causis
orandis potentiam quandam in ciuitate adolescens adhuc
sibi per eloquentiam comparauit. Licet postea rei mili-
tariis splendida opera illum ad se totum attaxerint.
Prima eius milita sub Sapiōe fuit. & aduersus cymbrōs
tunc galliam ingressos. cum ab romanis male pugnatum
esset. amisso equo & uulnere insuper accepto. rhodanū
amnem cum torace & salto per aduersos fluctus plu-
rimū natando traiecit: ita robusto & exercitato erat
corpore. Post haec sub. C. Mario duce aduersus eo-
sdem hostes militauit. Quo in tempore cum Cymbrī
tanto terrore. tantaq; multitudine italiam intrassent.
ut uix quisq; romanus inueniretur. qui ordinē seruare
aut dua parere uellet. Sectorsius ipse intrepidus. ca-
stra hostium ingressus est: celtica ueste. & quadam
eorū linguae notitia ad congressus obuiantium factus.
Per hunc modum consiliis ordinibq; eorū exploratis ad
Mariū rediit. cuiusq; rei gratia ab eo donatus est. In
reliqua uero expeditione multa prudentiae & fortitu-
dinis opera ostendens famā & gloriā sibi comparauit.
Post cymbricū & theutonicū bellum. sub Didio pretore
tribunus. mil. in hiberiam missus. in urbe cathaloniae
cum hibernarū. & milites ut pote ⁱⁿ magna rex copia con-
stituti petulantia uterentur. ac sepe ebrii essent. Oppi-
dani conspiratione facta. & auxilio ex uana Gyrcisenorū

21.
urbe per noctem intro misso. hospitia militum inuadentes
eos trucidare adortiuntur. At Sectorsius cum paucos prola-
psus. & quotquot effugiebant ex militib; in unū collectis
circumuit urbem: Ac per eam ipsam portam. qua paulo an-
te hostis intrauerat. eam nanq; apertam repperit ingre-
ssus: nec stationib; ut antea barbari fecerant neglectis.
sed diligenter in ipsa porta dispositis: urbeq; subinde
omnibus locis occupata: cunctos qui per aetatem ferere
arma poterant trucidauit. Ac subinde milites arma
& insignia hostium sibi aptare iubet: seq; ad eam urbē
sequi. ex qua auxilium cathalonensib; uenerat. Sic ergo
illos specie armorū deceptos. & uelut cūctis suis obuiam
effusos repente occupat. multisq; circa portas mactatis.
reliquos in deditionem accepit uenundeditq;. Ex hoc
Sectorsius magnam in hiberia famam assecutus. ut primum
romam rediit. quaestor galliae quae circa padum est
designatur: & quidem opportuno tempore. Instante enī
Marsiō bello. delectum militum. & armorū preparationē
sibi commissam. tanta celeritate diligentiaq; peregit. ut
uiri impigeri & in rebus agendis maxime efficaciae. ex ea
quaestura gloriā reportarit. Nec tamen ad honores
licet dignitatesq; prouectus. militariē audaciā remisit:
sed in preliis sine ulla exceptione corpus suum periculis
obiectans. & fortitudinis opera manu propria edens.
tandem alterum amisit oculum. De quo etiā gloriari
solebat: q; alii non semper uirtutis suae testimonia secū
deferrent: sed torques. & astas. & coronas domi relin-
querent: sibi uero bellicae laudis insignia continuo adērent.
eosdemq; habere fortune & uirtutis suae inspectores.
Tributus pp̄tis. v. sibi pro his rebus magnifice honorem.

Venientem siquidem in theatrum populari plausu & multis
commendationibus cum excepit. quod genus honoris. nec
senioribus quidem & clariori prosapia ortis facile tribue-
batur. Cum tamen tribunatum peteret. non obtinuit.
Sylla per factionem ipsum oppugnante. eaque videtur
fuisse causa cur Sertorius Syllam oderit. Mario
deinde Italia pulso. Syllaque ad Myrindathiam bellum
profecto. Cum Octavius consul in partibus Syllanis perseve-
raret. Cimna vero eius collega res novare adortus partes
Marii sibi assecraret. Sertorius Cimnae adhesit. ea po-
tissime ratione quod Octavius ebriorum. & Marii amicus
minime fidentem crenebat. Comissa itaque in ipso foro
inter consules pugna. Cimna & Sertorius superant. pe-
lluntque ex urbe. haud paucioribus quam decem milibus in ipsa
pugna amissis. Post haec militibus qui circa Italiam erant
collectis cum sufficiens robur contra Octavium sibi compar-
issent. Marius ex Africa navigavit. Quem ut privatum
se consili offerentem. cum alii recipiendum censerent. Ser-
torius dissuasit. seu veritus ne auctoritas sua presente
viro maioris auctoritatis minueretur. siue ne Marius ob-
sequia & ita modum in victoria servare nescius cuncta
exerceret. Disserebat ergo Sertorius parum iam nego-
ti ad plenam eius victoriam superesse. quod si Marium
reciperent. totam apud illum confecti belli gloriam
futuram. gravemque & infidum fore potestatis socum.
Cuius rationibus cum Cimna se assensuri diceret. coactum
nescire qua fronte Marium repudiare posset. praefectum
in sonitum belli a se vocatum. respondens Sertorius.
At ego inquit suapte consilio venisse Marium putabam.
non a te vocatum. Itaque cum de eo recipiendo vel non

22.
recipiendo consultares quae optima factu rebar ostendi. Tu
vero si cum vocaras. ne in consultatione quidem si an reci-
piendus foret ponere debuisti. sed ultro recipere. cum si-
des tua illi tradita cogitandi ac deliberandi ratione excludat.
Sic igitur Mario ab eis recepto. diuisis trifariam copias be-
llum confecerunt. Et cum in victoria Marius ipse & Cy-
mna omnia crudelitatis exempla perederent. Sertorius
ipse nec trucidasse quendam ob iram. neque contumeliam aliam in-
tulisse dicitur. Sed ea continuo improbasse quae Marius fede-
rudeliterque faciebat. & apud Cimnam intercessisse ut modera-
tus victoriam exerceret. Tandem vero servos quos C.
Marius in bello quidem servos. post victoriam vero satellites
ac ministros tyrannidis suae habuerat. cum partem illius
iussu partem ex se ipsis cuncta fede & volenter agerent. do-
minos mactarent. dominabus per vim admiscerent. pueros
etiam constuprarent. indigne fecens Sertorius. nec ulterius
id tolerandum ratus. contra eos impetum fecit. omnesque ad
unum supra quattuor milia servorum erant. & castra in campo
habebant. trucidavit. Deinde cum C. Marius diem obisset.
& Cimna paulo post interfectus fuit. ac Marius adolescens
inuito eo contra leges consulatum occupasset. Carbones vero
& Horbanus & Sapiões adversus Syllam redeuntem male
resisterent. ac partim ignavia ducum. partim perditorum
malignitate res corrumperent. nec Sertorius ipse quamquam
praesens propter improbitatem eorum qui plus poterant. emen-
dare res posset. ac tandem Sapiō sub spe pacis a Sylla
deceptus exercitum amisisset. desperatione rerum urbanarum
adductus in hiberiam contendit. eo consilio ut partium
ibi suarum refugium compararet. Graui autem atque ad-
versa tempestate delatus per loca montuosa & aspera

transitum a barbaris pecunia redemit. Quod cum socii in-
digne perferrent: ac turpe esse dicerent si populi. r. precon-
sul barbaris tributum persolueret: tempus se redimere
inquit. quo nihil rarius esse consueuerit. magnarum audis
reus uis. Sic igitur barbaris pecunia placatis in hiberiam
transiit. Suscipiens autem provinciam multitudine quae
populorum florentem. sed auaritia et superbia magistratum
male dispositam. familiaritate et conuersatione potentes.
tributorum releuatione populos in sua beniuolentia conuertit.
Inter cetera gratissimum provinciae fuit. quod a receptione mi-
litum homines liberauit. In subuebanis enim hibernare
milites iussit: tabernaculis sibi pro tempore instructis. Ipse
quoque ante omnes ita fecit. Non tamen ad gratiam provincialium
omnia gerebat: sed armatis quotquot in hiberia habitabant
romani. tormentaque omnis generis machinatus. ciuitates
sub impetio continebat. humanus quidem in pace. sed in be-
llico apparatu terribilis. Ut uero. L. Syllam audiuit roma
ingressum. Marculque et Carbonis partes delatas esse. ratus
confestim ducem aliquem cum exercitu contra se uenturum.
Pyrenaei iuga per Luuium Salinatorem cum sex milibus mili-
tum occupauit. Nec multo post. C. Annus a Sylla mi-
ssus aderat. Qui cum inexpugnabile Salinatorem cerneret
sub ipsis montibus cum exercitu subsedit. Salinatore autem per-
dolum a quodam Calpuenio cognomine Lanatio interfecto.
cum Sertoriani milites pyrenaei deseruissent rectem. transgre-
ssus Annus magna manu contra Sertorium contendebat.
At Sertorius cum non tantas haberet copias ut Anno resistere
posset. cum tribus milibus hominum carthaginem nouam aufugit.
Indeque nauibus mare ingressus libye apud maurisum applicauit.
Hic sine stationibus aequatum egressi milites impetu a barbaris

22.
facto multi necantur. Inde reuersus in hiberiam rediens cum
repelleretur a litore cyliaebus pyrenaeis sibi coniunctis in pyti-
usam insulam. superato Anno praesidio quod illi praecerat
descendit. Nec multo post ipse Annus uenit. cum mul-
tis nauibus et quinq. milibus militum. Contra quem Sertorius
nauali prelio. quibus eas naues haberet quae non ad pugnam
sed ad uelocitatem fabricatae erant. pugnare aggressus.
surgente zephireo et pelagus agitante. plerisque Sertoriani na-
uib' ob leuitatem transuersum in scopulos delatis. Ipse cum
pauas terra ab hostibus. mari autem a uentis. cum excluderet.
decem continuos dies infestis undis agitatus. uix tandem
fluctus superauit. Cessante uento ad insulas quasdam
aquarum expertes delatus est. Ex quibus postea nauigans. ga-
des transuectus. extremam hiberiae oram tenuit. haud
multum super betidis fluuii hostia: qui athlantici influ-
ens mare. nomen circumiacenti hiberiae tradit. Hoc in
loco naute quidam Sertorio obuiam fiunt. tunc forte re-
deuntes ex athlanticis insulis. quas beatas uocant.
Duae quidem haec sunt paruae inter se diuisae mari. decem
milibus stadiis a Libya distant. Imbres illic rari me-
diocresque. Venti autem plurimum suauis ac roiferi. Soli
uero pingue: nec arari modo plantari ue facile. sed etiam
ex se absque ullo humano studio fructum producat: dul-
cem quidem et ocosam multitudinem nutrire sufficientem.
Atque sincerus ac temperatus: et mediocri mutatione per
tempora contentus. Nam qui a terra perflant uenti.
boreaque et aquilo propter longinquitatem uasta et inania
incidentes spatia fatigantur. et deficiunt prius quam ad eas
insulas perueniant. Qui uero a mari perflant. argete
et zephirei. raros quidem et temperatos imbres ex pelago

affertunt. plurima uero per humiditatem aeris cum summa
felicitate nutriunt. Ut etiam apud barbaros increbuerit
fides. ibi elysios esse campos. & beatorum domicilia ab homero
decantata. Haec igitur cum audisset Sertorius. mira-
bilis cum cupido cepit insulas eas adire incolereque. et
illic quiete uiuere sine magistratibus & belloxum curis. Cuius
animum cum intuerentur clytici. homines nequaquam pacis
aut quietis. sed rapinarum audi. Statim in libyam nauiga-
runt. Ascalum in Maurisiorum regnum reducturi. Nec
tamen ob hoc Sertorius desecat animo. nec sibi quiescen-
dum putauit. sed hostibus Ascalum ferre auxilium decre-
uit. ut hi qui secum erant iniecta aliqua spe nouarum
rerum continerentur. Cupientissimis itaque Maurisius adue-
niens Ascalum debellauit. obseditque. Ad quem libertan-
dum cum Pacianus a Sylla missus uenisset. Sertorius
ipsum aggressus. pacianum quidem necauit. execratum
autem ui cepit. Tigennam uero oppidum in quo Ascalus
& fratres confugerant expugnauit. Ibi sepultum esse Antei
incole tradunt. Cuiusque monumentum. cum propter magni-
tudinem asserentibus barbaris fidem non prestaret Sertori-
us perfodit. repperitque ibi corpore septuaginta cubitorum ob-
stupuit. restauratoque tumulo famam eius honorumque adauxit.
Fama est apud Tigennitas Antei uxorem Tigennam nomine
post mortem uiri ab hercule cognitam. Syphacem genu-
isse. Qui postea illis in locis regnans. urbem de matris
nomine condidisse dicitur. Ex Syphace natum postea
Diodorum tradunt. cui grecum habenti exeatum ex ol-
uianis Mycenisque ab hercule in his regionibus relictis. ma-
gna pars libyae paruit. haec dicta sunt gratia sube-
omanum regum in historia prestantissimi. cuius origo a

24.
Diodoro & Syphace tracta esse memoratur. Sertorius cum
omnia uictor superasset. Maurisius qui sese illi crediderat
absque ulla fraude urbem & imperium & pecunias restituit.
nec quicquam nisi quae illi sponte dabant retinuit.
Inde cum iam de recessu cogitaret Legati Lusitanorum uene-
runt. rogantes ut imperium eorum acciperet. Omnino enim
uiro aliquo rei militaris perito. magneque auctoritatis. ob
eum qui iminebat a romanis metum indigentes. in Sertorium
propterea egregiam eius famam conuersi erant. Et enim di-
ctum Sertorius neque uoluptate neque metu facilis fuisse. for-
tissimus quidem in aduersis. modestus uero in secundis. in
subitas improuisusque casibus ita constans & audax. ut omnes
sui temporis duces antea. In cunctis uero quae siue inge-
nio siue astu conficiuntur. occupatione locorum. & preventio-
ne hostium. celeritate. fallacis. circumuentionibus. & dolis
quotiens expeditus. profundissimus artifex. In remunere-
rando largus. & in puniendo mitis & clemens. Quamquam
id quod ad extremum in obsides hiberorum peregit. argu-
ere uideatur. ipsum non mitem neque placidum natura.
sed arte & consilio temporis causa simulatum fuisse.
Mih i uero metam uirtutem & ratione stabilitam fortuna
nunquam in contrarium mutare posse uidetur. Bonas tamen
uoluntates & naturas laudabiles. nihil prohibet magnis
aduersitatibus contra merita contingentibus immutari. quod
equidem Sertorio euenisse credo. rebusque aduersis iteri-
tatum contra iniurias malignantium acerbius insequisse.
Sed haec postea. Tunc ergo ex libya in lusitania pro-
fectus. & dux cum imperio factus. prouinciam stabiluit.
& hiberiam proximam eius imperio adiunxit. plerisque
uoluntarie sese illi dederunt. maxime propter humani-

catem eius & efficaciam in agendo. Sunt quoque ab ipso non
nulla altiori fallacia & arte perfecta. In quibus illud
precipuum quod ceteram candidi coloris. mansuetam sic
ut uocantem exaudiret. & uadentem sequeretur. nec
streptum castrorum nec militum clamorem formidaret
paulatim apud barbaros homines & religioni pronos
iactare cepit. donum id esse Dianae sibi transmissum:
multaque ex occultis per illam edoceri. Quotiens enim
hostes ingressos fines aut urbem aliquam cepisse occulte
presenserat in somnis dictum sibi a cetera simulabat.
ut copias in armis haberet. Rursus uero si uictoria
aliqua suorum duum deferrebatur. occultato nuncio ceteram
coronabat: sibi quoque ab ea fauste nuntiari. & ob id
dus supplicandum esse dicebat. quasi felicitate aliquid
gestum audituros. Per hanc artem illos sibi magis ac
magis parere compellebat: ueluti non hominis alieni
genere sed dei consilium ducerent. Et sane huic famae
res ab eo geste attestabantur. Cum duobus enim milibus
& sexcentis quos romanos uocabat. septingentis afeis
admixtis. in lusitaniam uenerat. Ibi ad has copias. quattuor
milibus lusitanorum peditum. & septingentis equitibus
adiunctis. aduersus quattuor duces romanorum bellum gessit.
Sub quibus erant peditum milia centum uiginti: equitum
septem milia: sagittariorum & funditorum duomilia: urbes
innumerabiles. cum ipse non nisi uiginti urbes in sua
ditione haberet ab initio. Tamen cum hac tanta copiarum
cunctate. non solum gentes magnas. & urbes multas
subegit. sed & missos contra eum ab romanis duces.
Coctam quidem apud Mallanum naualem praefectum superauit:
fidium uero praetorem hiberiae profligauit. inter

25.
fecitque. In ea pugna duomilia romanorum ceciderunt. Domitium
proconsulem contriuit: Toranum a Metello missum cum
toto exercitu deleuit. Ipsum quoque Metellum uirum suae
etatis amplissimum. in tantam compulit necessitate. ut
L. Lellius ex prouincia narbonensi. sibi auxilium ferere
cogeretur. & Pompeius magnus ex urbe cum summa
festinatione mitteretur ut Sertorio resisteret. Neque enim
habebat Metellus quo se uertere. contra hominem infeste
audacem. & non iusta acie sed tumultuarius cetera
munibus & uariis semper artibus insultantem. expedito ac
leui exercitu: ipse stabili ac pedestri assuetus pugnae.
& cum eo exercitu. qui manus consecere. & robore de
cettare egregie doctus erat. Coeterum montes scandere.
& sese succingere ad persecutiones fugasque necessitates. &
difficultates inediae inquietudinisque tolerare instat Sertorianorum
militum nequaquam potens. Accedebat ad hoc quod
Metellus ipse iam grandior natu. ex multis ac magni
fias rebus antea gestis ad quietam ac uoluptuosam uitam
declinabat. Congrediebatur autem cum Sertorio reuer
tis spiritus uero: cui corpus mirabiliter dispositum erat
ad robur ac celeritatem & laborum tolerantiam. Vino enim
nec dum quietem agere. indulgebat. Ad difficultates
maximas. ad longas itinerationes. ad continuas uigilias.
ad uenationes. per aspera quoque atque inuia assuetus.
ex quibuscumque locis inuadendi euadendique peritiam habebat.
Ex quo fiebat ut Metellus facultate pugnandi non
prestita. omnia quae uictis euenire solent pateretur: hic
autem pugnam detractando superaret. Neque enim aqua
tum nec pabulatum exeundi facultatem inimicus presta
bat: mouere castra prohibebat: castrametatos uexabat.

q̄ si quam urbem obsidere pergerent. ipse superueniens obli-
dentes obsidebat. Ut ueluti tedio qui cum Metello erant
quo se uertere aut ubi consistere nescientes clamarent
ut Metellus ipse singulari certamine cum Sertorio. eum
nanq; Sertorius prouocauerat. dimicaret: dux cum duce.
& romanus cum romano. Detractantem uero pugnam
Metellū ut ignauū aspernabant. Sed ipse Metellus hec di-
centes merito contemnebat. Ducem enim ut inquit Theophras-
tus non militis sed duas obire mortem decet. Cum uero
animaduertisset Metellus Lagobritas. qui non paruam
opem Sertorio afferebant. siti facilliter expugnari posse.
Vnum enim dumtaxat puteum intra urbem habebant.
suburbanas uero & arcamenianas obsessor aquas poterat
auferre. aggrediebatur urbem: ea spe ut duorum spatio
dierum ablatis aquis ea potiturus. Itaq; militibus edixerat
ut quinque dierum abacta secum deferrent. At Sertorius
celeriter cognita re auxiliatus. duomilia utrum impleri
aqua. iubeat. pollicatusq; pro quoq; utre certo argenti pondere.
multis ex hiberis. multis etiam ex maucisq; negotiū su-
sapientib; delectis uiris robustis ac uelocib; mandat. ut
cum aquam inferant. tum inutilem bello turbam. ut diu-
tius potius sufficiat reliquis. educant. Quod cum inte-
llexisset Metellus. & iam decerant abacta. Aquiliū cum
sex milibus militum frumentatum mittit. huic uero re-
deunti Sertorius insidias tendit. In eumq; redeuntem tera
militum a tergo ex quadam ualle excitat: Ipse a fronte
obuiam factus uertit Aquiliū profligatq;. Ex militib;
qui cum Aquilio erant. partim capti sunt. partim necati.
Aquilius ipse amisso equo solus effugit. Quo facto confe-
ctam obsidionem relinquere Metellus. ac turpiter. nimum

26.
a Sertorianis decisus abire coactus est. Sertorius cum ob
huiusmodi opera plurimū a barbaris amaret. tum etiam
q; romanis armaturis ordinib; & signis. feritate ipsorum
auferens. pro predatoria manu. ingente exercitū effecerat.
Insuper argento & auro liberaliter usus galeas militū cli-
peosq; ornabat: docebatq; ut chamydis pectus floridaq;
uterentur. Ad hec donans & prouocans homines sibi be-
nuiolos faciebat. Maxime autem beniuolentiā sibi compa-
rauit ex his quę circa pueroꝝ eruditionē machinatus est.
Nobilissimis siquidē adolescentibus in Oscan urbem conuoca-
tis. preceptores eis tradidit grecarū simul & latinarū lit-
terarū. Per quem modum. re quidem uera obsides ha-
bebat: specie autem erudiebat: quasi cum uiri forent
in partem administrationis & imperii eos suscepturus. At
patres eorū uehementer gaudebant. cernentes filios preter-
itos honestissime ad magistros. cunctes: & Sertoriū pro
eis salaria pendentem: ac sepe ipsos examinante: & pre-
mia doctiorib; tribuentem: bullasq; aureas donante. Quan-
ta uero beniuolentiā prouinciales erga Sertoriū affecti
essent. uel ex illo intelligi potest. q; cum mos esset hiberis
ut qui dua se deuouerant una cum illo morerent. atq; ob
eam causam ceteris quidem duab; paucis admodū amicis adēē
consueuissent. Sertoriū multa hominū milia deuota seque-
bantur. Et dicitur iuxta quandam urbem superantib; ho-
stibus. sese neglexisse hiberos. ut Sertoriū protegerent:
nec prius de salute propria cogitasse. q̄ Sertorium hume-
ris asportatum in turo posuissent. Nec solū hiberis. uerū
etiam italīs carus erat Sertorius. Marcum Perpennam
eiusdem factionis hominē. cum multis pecuniis & magnis
copiis in hiberiam profectum. & per se ipsum seorsum

aduersus Metellum belligerare cupientem grauius ferebat
milites: plurimusq; sermo apud eos de Sertorio erat. ita
ut Perenna nobilitate generis & diuitiis timentem per-
ueret. Cum ergo nuntiatum esset Pompeium montes
pyreneos transcendere Perennae milites captis signis
magno clamore postulare ceperunt ut ad Sertorium
ducerent. & nisi eos duceret Perenna se relicturos
eum testabantur. iturosq; ad uirum qui & se ipsum &
eos seruare possit. Qua necessitate adductus Peren-
na copias suas. tres enim supra quinquaginta cohor-
tes habebat. Sertorio coniunxit. Sertorius autem
omnibus trans hibernam amnem ad eum concurrentibus
multitudine quidem habundabat. nam confluebat
ad eum undiq;: Sed erat ut fit barbara turba: quae
feritate & superbia cuncta turbaret. nec expectaret
iussu duas. sed sua temeritate in hostes ferretur.
Primum igitur rationibus Sertorius & uerbis instruere eos
conatus est. Deinde ut uidit ipsos nihilo minus temere
properantes. statuit sic eos obicere hosti. ut non omnino
frangerentur. sed plagas acciperent multas. Speras
per hoc ipsis de reliquo mansuetioribus usum. Gesta
itaq; re ut ipse cogitauerat. succurrit in tempore:
& fugientes suscepit. reduxitq; in castra. Ac post
paucos dies. ut mentes eorum exigeret consolareturq;
aduocata totius exercitus conaone. duos equos addu-
ci iussit: alterum macie senioq; confectum: alterum
fortem & nitidum. caudamq; habentem magnam.
Adstabat autem iuxta graalem illum uir magnus
& robustus: iuxta nitidum uero & fortem uir paruus
& inbecillus. Dato autem signo uir ille magnus ut

27.
ei preceptum erat caudam graalis equi ambabus manibus
captam euellere setas omnes uno impetu adnexus est.
Paruus contra uir nitidi equi caudam paulatim depila-
bat. Tandem uero ubi ille feustea simul totam caudam
trahens. sibi quidem molestas inanes. circumstantibus
uero risum praebens defessus est. & paruus euellendo pa-
ulatim setas caudam fortis equi spatio perbreui nudauit.
Tunc assurgens Sertorius. Videtis inquit comilitones
ingenium plus posse quam uires. Multa enim quae uno
impetu superari non possunt. paulatim superantur. Om-
nia namque uincit studiosa sedulitas: nec est ulla tam
magna potentia. quam non exuperet tempus. fidele au-
xilium eorum qui aptitudine eligunt. intempestiue autem
properantibus inimicissimum. Haec Sertorius ad consola-
tionem simul disciplinamq; barbarorum de tempore di-
sterebat. Non parua admirationis inter cetera eius
egregia rei militaris opera illud habitum est. quod
in castranos edidit. Ea est supra Tagennium amnem: non
oppida neq; uiros habens. sed montem iuste magnitudinis
antraq; & concauitates ad boream uersas. Coetereum
omne circa solum argilam continet: & terram facile ab
estu putrescentem puluerulentamq;: neq; supergradien-
tes sustinere idoneam & modice contacta uelut anis
diffundit. In eas speluncas barbari quotiens belli
terror imminet. confugere. suaq; asportantes scire de-
gere consueuerant: quasi nulla uis nocere eis possit.
Euenit igitur Sertorium per id tempus a Metello pulsum
haud procul ab eo monte castra habere. Quem cum
barbari ueluti uictum contempnerent. siue ob iram
siue ne fugere uideretur. prima luce obequantur. situm

naturamq; loci contemplabatur. Qui cum nullū penitus adi-
tum haberet. uanig; omnes essent conatus. cecit ex solo
magnam uim pulueris in eos deferri. Et enim spelunche
ut diximus ad boream conuerse sunt: & uentus ab arctho
ueniens. quem etiam uocant maxime contra eos perflat.
Tunc igitur licet estas foret. uehemens & arcti glaci
liquefactione nutritus dulcissime flabat: ipsos & perora
per diem refrigerans. hac igitur re animaduersa Secto-
rius. ubi milites puluerulentam ac cinerisam terrā con-
fodere: & contra ipsum montem cumulū agere. Quem
barbari putantes ad expugnationem sui aggerem strui.
ab initio deriserunt. Sectorsius cum usq; ad noctem
milites in opere habuisset. eos in castra reduxit. Po-
stidie prima luce aura leuis perflare cepit. & sub-
tilissimū puluerem deferre. deinde ualido flante uento
milites aggerem quatere. ac nonnulli cum equis ingressi
perequitate ut puluis altius insurgeret ceperunt.
Quicquid insurgebat pulueris uentus accipiens in barba-
rox habitacula deferrebat. Quae cum ad eam partem
dumtaxat qua uentus flabat aperta essent. subito
oculi subito fauces replete spiritusq; preclusi sunt. Itaq;
uix duas dies tolerantes terra se se Sectorsio dederunt.
non tantum inde comoditatis q̄tum glorię consecuto: q;
ea quae armis superari non possent. ingenio consecissa.
Quandū Sectorsius aduersus Metellum bellum gessit. ob
senectutem potius & innatam Metelli tarditatem. superior
ce extimabatur. Sed cum iam aduersus Pompeiū montes
pyreneos transgressum decessisset. positisq; iuxta castris
omne rei militaris experientiam in ferendo repellen-
doq; pericula ostenderet. ac etiam aduersus Pompeiū

superior

28.
superior esset. tunc maxime fama Sectorsii elareuit:
ut etiam romae opinio esset cunctos eius etatis duces
in bello gerendo Sectorsium antecellere. Neq; enim
• tunc parua erat Pompei fama: sed maxime floruerat
ob res sub L. Sylla ab eo gestas. ob quas etiam Ma-
gnus meruerat appellari. & per quas non dum pubes
triumphauerat. Vnde primo eius aduentu in hispania
multe ciuitates quę antea in partibus Sectorsianis erant
in Pompeiū conuerse defectionis impetum ceperant.
Quarum tamen consilia repressit id quod preter omnium
spem circa Laureonem opidum euenit. Sectorsio namq;
eos obsidente Accessit Pompeius cum omnib; copiis auxi-
lium his qui obsidebantur Latirus. Ibi cum Sectorsius
opportuniū aduersus urbem tumulū occupare uellet. &
Pompeius prohibere niteret: ac preueniens Sectorsius in
• eum locum milites deduxisset: Pompeius facultatem sibi
prestam rei bene gerendę. & hostem mediū inter ur-
bem socorū ac sua castra inclusum conficere posse ratus
letitiam suscepit. Oppidanisq; per nuntium edixit ut
bonam spem haberent: intruerenturq; pro moenibus
sedentes. ipsum Sectorsiū non obsidente sed obsessum.
At Sectorsius hec audiens risit. & Syllae discipulo. sic
enim Pompeiū uocabat. se ostensurū inquit. oportere
ducem post terga magis q̄ ante se prospicere. his
simul disitis sex milia militum in primis castris unde
profectus ad occupationē tumuli processerat a se re-
lictos ostendit: ut Pompei si se aggrediretur terga
inuaderent. Quos cum Pompeius uidisset. nihil
est ausus attemptare. ne circumueniret formidans.
Sed cum erubesceret socorū in periculo constitutos dese-

ecce . presens eorum euectione aspicere coactus est . Op-
pidani enim amissa spe se dediderunt Sertorio . Qui
eis quidem peperat . & omnes dimisit . Verbera autem
incendit : non ira neque crudelitate . minime enim
omnium duarum hic uis indulgebat ire . sed dolore &
uerecundia eorum qui Pompeium admirabantur . ut uul-
garetur inter barbaros quod presens Pompeius . & quasi
ad incendiū sociis urbibus calefactus auxilium ferre
amici nequiuisset . In uictoris quas hostes Serto-
riū habuerunt . semper euenit ut Sertorius ipse
inuitus esset : eosque iuxta se erant incolumes ser-
uaret . Institutiones uero ac remedia sua ma-
gis claram eius uirtutem in rebus aduersis faci-
ebant . Velut in ea pugna quae apud Sutrone
contra Pompeium commissa est . & rursus in ea quae
apud Tutiam aduersus Metellum simul & Pompeium .
Dicitur autem in illa pugna quae apud Sutrone fuit
Pompeius manus conferere properasse . ne Mete-
llus particeps uictoris foret . Et ipse quidem
Sertorius cupiebat ante quam Metellus coniungeret
contra Pompeium dimicare . Sed tamen instauit
Ea adeo inclinatio iam sole preliari cepit : ratus
aduersus & locorum insens hostibus tenebras & ad
fugam & ad infestationem impedimento futuras .
Ac forte euenit ut contra eam partem qua Serto-
rius erat non Pompeius sed Afranius pugnaret .
Nam Pompeius dextrum cornu Afranius sinistrum re-
gebat . Cum ego audisset Sertorium suos qui
contra Pompeium stabant . sustinere Pompei impetum .
non posse . celeriter accurrebat : ac suis in ordine

29.
reductis . pompeianos uictoria exultantes . inuasit
fugamque : ita ut Pompeius ipse pene interficeretur .
prostratusque ex equo & uulneratus . nulla alia cau-
sa euasit . quam quod milites Sertoriani capto Pompeio
equo aureis faleris magnificentissime & pretiosissime
ornato . dum simul de preda contendunt . Pompeius
ipse interlapsus aufugit . Afranius uero qui in
alio erat cornu . ut Sertorius abiit . aduersarios
superauit : & usque ad castra persecutus . castra diripi-
ebat . Non enim sciebat Pompei fugam : nec milites
a rapina continere poterat . Inter haec Sertorius ui-
ctor redibat : & contra Afranium impetu facto mi-
lites eius uarie dispersos occidit . superatque . Dein-
de cum sentiret Metellum cum alio exercitu aduen-
tare . prelium dissoluit . reuocatisque suis . At ego inquit
puerum huc nisi uenisset anus illa . castigatum uerberibus
domum remissem . Per id tempus cerua illa de qua
supra diximus nusquam apparet . grauiter agebat
Sertorius . Ea namque fictio ad continendos in fide
barbaros plurimum ualebat . tunc maxime consola-
tione aliqua indigentes . Sed paulo post inuenta
a quibusdam per noctem & colore cognita ad Ser-
torium deducta est . Sertorius illis ne cui diceret
magnam pecuniam pollicatus . ceruam in secreto loco
continuit . Ac post paucos dies profectus ad tri-
bunal exilarata facie . quasi faustum aliquid hibe-
ris . quod in somnis uidisset nuntiaturus . cum sugge-
stum ascendisset . cerua a custodibus ut mandatum
erat dimissa . cursim ad suggestum . ibi namque Ser-
torium aspexerat . se contulit : caputque inter genua

eius sumisit : oreque illius dexteram attingit . consueti et
prius hoc idem peragere . Cui cum blandiretur Serto-
rius . illacrimareque . primum admiratio habuit milites :
deinde plausu & gratulatione . ut diuinum & celestem
amicum hominem Sertorium laudauerunt . ipsi autem in le-
titia ac bona spe erant . In agro Saguntino in extre-
mas necessitates compulsis hostibus tandem pugna decernere
coactus est : dum frumentatum proficiscerentur . pugnatum
est egregie ab utraque parte . Quo in prelio Memmius
uir omnium qui apud Pompeium erant prestantissimus
interfectus est . Vicit autem Sertorius : & multa ho-
stium strage usque ad Metellum peruenit . hic dum Me-
tellus supra etatem uiriliter resistit pugnatque . pilo
percutitur . Quod & qui uiderant & qui audiuerant
ex romanis grauius ferentes . ac turpe rati ducem suum
deserere . per iram conuersi Metellum protexerunt .
magnaque in aduersi Sertorianos in fugam uertunt .
Facta utraque conuersione uictorie . Sertorius in urbem
montuosam se recepit : portaque obstrusa & moribus
undique muris se obsidendum prebuit . callido consilio :
ut romani circa oppidum intenti . & potius posse confisi
cetera negligenter . nec restaurari copias prohiberent :
aut uictos persequi curarent . Miserat enim Serto-
rius duces ad eas ciuitates quae sibi parebant pro dele-
ctu habendo : dederatque illis in mandatis ut cum satis
copiarum congregassent . certiores ipsum facerent . Quod
cum esset factum absque ulla difficultate ex obsessa urbe
aufugiens se suis coniunxit . rursusque cum magna manu
profectus mari & terra hostem uexabat . Terra
quidem insidus . arcuationibus . & omnium locorum tempta

30.
tionibus improvisis . Mari autem predatoria classe sic lito-
ra infestans . ut deficiente comatu . duces sese disungere
ac alter in galliam transire . alter circa caecos hiemare
cum summa penuria cogeretur . Vnde etiam ad senatum
scripsit Pompeius . nisi pecuniae sibi mitterentur . milites
e provincia deducturi : se iam dum italiam protegat
suum patrimonium consumpsisse . fuitque romae opinio
Sertorium prius quam Pompeium in italiam rediturum . in tan-
tum prestantissimos belli duces Sertorium asinus perregerat .
Ostendit autem Metellus quanti Sertorium faceret .
Nam publice premia statuit . si quis eum necaret . centum
argenti talenta . & duomilia agri iugera . ac si exul
fores reductionem & ueniam : nixus prodicionibus con-
sequi quod bello non poterat . Insuper cum aliquando
aduersus Sertorium superior in pugna fuisset . sic glori-
atus est . sic se ipsum exulit . ut imperatorem appe-
llari . & festis ac sacrificiis a ciuitatibus se recipi susti-
nuerit . & sexta capiti imposuisse . & conuiuia in ue-
ste triumphali egisse diatue . Victoriae insuper trophaea
aurea & chori pueroz ac mulierum eius laudes cantan-
tes obuiabant . Pro quibus plane ridiculus erat Metellus .
si eum quem fugiuit Syllae . & reliquias Carbonianae
fugae nunciabat sic gloriabatur cecidisse . Magnani-
mitatis uero Sertorii illud fuerit . quod pulsos ex
urbe senatorios qui penes eum degebant . senatum
nunciabat : ducesque & quaestores ex eis deligebat :
& patris legibus cuncta administrabat . Deinde
quod aeris pecuniae & uerbis hiberorum utens . nullam
eis potestatem concedebat : sed praetores & magistra-
tus omnes ex romanis coeabat . quasi non hiberos

contra populum . r . augere : sed libertate populi . r . asse-
rere uellet . Et enim erat Sertorius patriae amator :
affectusq ; humane ad reditum . Sed in aduersis du-
risq ; temporibus fortem se prestabat . In uictoris
autem ad Metellum Pompeiūq ; mittebat . se paratū
offerens depositis armis priuatum in urbem redire
uelle . si sibi permittat . Malle enim se romae ignobi-
lissimū autem . q̄ exulem omnium aliarū ciuitatū impe-
ratorem nuncupari . Dicitur autem non minime
cupuisse reditum suū ob amorē matris : sub qua orpha-
nus educatus mirabiliter erga illā affectus erat .
Cuius postea audita morte paulo abfuit quin merore
interiret . Septem namq ; continuis diebus . nec resse-
ram dedit . nec ab amicorū quopiam conspectus
est . Vix tandem annitentibus uis qui ordinē duce-
bant . suaderi potuit sibi ut exiret . ac se militibus
ostenderet : et res quae feliciter procedebant uti
uelleret . Ob quā multis uisus est uir natura mitis .
et ad quietem aptus : ac praeter uoluntatem coactus
se bellis et imperiis imisceri . et cum strenue uiuere sibi
non liceret . sed ab aduersariis compelleretur . in ar-
ma necessariam corporis tutelam ducere . De-
clarant etiam magnanimitatem eius res cum Mythri-
date geste . Nam cum Mythridates ex Syllano con-
flictu ueluti ad secundam luctationem assurgens
Asiam inuasisset . et magna Sertorii fama iam cuncta
penetrante . rumoribq ; de eo ab hesperia in pontum
per nauigantes delatis omnia complecerent . cupido
cepit Mythridatem legatos ad Sertoriū mittere .
maxime ab adulatoribus incitatum : qui Sertoriū

31.
hannibali et Mythridatem Pyrrho comparantes . negabat
populum . r . contra tam sublimia ingenia . tantasq ; poten-
tias bifariam inuadentes resistere posse : peritissimo
uiri militaris duce . cum maximo rege coniuncto .
Misit igitur Mythridates legatos in hispaniam . litteras
Sertorio et mandata portantes : per quae offerebat
se pecunias et naues Sertorio daturū . petebat uero
ut Asia prouincia sibi concederetur . Aduocato itaq ;
consilio quem senatum appellabat Sertorius . cum de
hac re ad eos referretur . consentibus cunctis oblatio-
nes regias leto animo recipiendas esse . titulum uero ina-
nem eorum quae in sua potestate non forent . pro his quorū
plurimū indigebant concedendum . non tulit Sertorius .
Sed Bithyniam inquit et Cappadociam occupanti Mythri-
dati non inuidere . gentes parere assuetas . nec quicq̄
pertinentes ad imperiū populi . r . et si prouinciā
populi . r . iuste partem ipse occupauit . et dum eam
teneret a fimbria depulsus sit . et in foedere quod
cum Sylla iecerit illam dimiserit . hanc inquit se
non latitum ut uicem usurperet . et enim suis uictoris
rem romanā augeri debere . non autem ipsum dimi-
nutione romanae rei . p . Generoso quidem homini
cum honestate uincere optandum esse : cum turpitu-
dine uero . nec salutem queri debere . haec My-
thridati renata plerimū teruerunt . et dicitur
dixisse ad amicos quid censeret Sertorius . si romae
in palatio sederet . quando nunc in atlanticum de-
pulsus mare . terminos regni nostro imponit : et
imminentibus asiae bellum minatur . Inita est tamē
inter eos confederatio . ut Mythridates Cappadociā

& biethyniam habere: utq; Sertorius ducem sibi & milites
transmitteret: Ipse autem Sertorio naues quattuaginta
& tria milia talenta preberet. Et misit quidem Ser-
torius in Asiam. M. Marium praetorem: uirum sena-
tus ordinis & ipsum exulantem. Quem urbes quasda[m] asiae
intecantem cum fasibus & securibus ipse Mithridates se-
quebatur: illum tanq[ua]m maioris potestatis premittens. Ab
eo praetore quaedam ciuitates liberatae sunt: quibusdam
tributa remissa. Sertorii gratia. Quae res Asiam super-
bia & auaritia publicanorum dudum uexatam. ad spem
nouar[um] rer[um] & Sertorii desiderium erexit. In hibe-
ria uero amplissimae dignitatis homines. qui cum Ser-
torio erant. ut primum spes magna effulsit. metusq[ue]
abscessit inuidia aduersus illum percurrere cepit: cupi-
doq[ue] mala inuasit animos. Ante omnes. M. Perenna
nobilitate familiae & ingenua uanitate principatum asse-
ctans. sermones haud qua[m] sanos inter amicos diffudit.
Quis nam inquit demon improbus de malo in peius nos
continuo defert? Totus simul orbis dominanti parere
domi manentes indignum putamus. huc autem profe-
cti uoluntatis securus: & Sertorii exilium tanqua[m]
satellites custodimus: detasi ab omnib[us] ob inane senatus
nomen. in quo mandatis Sertorii non minus paremus
q[uam] hiberi aut Lusitani. his & huiusmodi uerbis concita-
ti quidam Sertorio infensi erant. Non tamen aper-
te. nam formidabant eius potentiam. Sed clam res
corrumpebant: & subditos per accubitat[em] punitionu[m]
& tribut[um] onera quasi Sertorio iubente ad de-
fectionem conatabant. Ex quibus rebus ciuita-
tes quaedam a Sertorio defecerunt: & turbis quib[us]da[m]

32.
exortis qui ad eas sedandas comprimendasq[ue] mitebant[ur]
fomenta discordiar[um] exaugendo multis bellis & sedi-
tionib[us] regiones implicuerunt: effeceruntq[ue] ut in dies
• minus Sertorio pareret. Et haec quidem indigna-
tio ex priori humanitate Sertorium contra pueros hi-
berorum qui in ostra erant irritauit: ut alios necaret
alios uenderet. Perenna uero cum multos sibi as-
suisset. Manlium quendam ex Sertorianis dantibus ad
hoc sibi adiungit. hic tum forte adolescenti cuius
amore destinebatur. haec omnia pandit. & hac spe
elatus coeteris amatoribus omissis sibi uni se addicere
hortatur. maxima[m] confestim potentiam habet uero.
Adolescens audam Aufidio item amatori. qui sibi gravior
erat. hoc aperuit. Quae cum audisset Aufidius ob-
stupuit: nam & ipse unus ex conuicatis erat. Igno-
rabat tamen Manlium ista sentire. Perennam uero
& quosdam alios. de quibus sibi notum erat. nominan-
te adolescente. conturbatus sermonem abruptit: &
insanum contempnendumq[ue] Manlium dixit. qui ita
uanas fictiones inducat. Ipse autem ad Perennam
profectus rem pro ut audierat. & quanta celeritate
opus foret exposuit. Rem igitur conficienda aggre-
ssi nuntium induxerunt uictoriam quandam unius ex
